Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0004-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0006-4

Q. E. F. Q. S.

# GOTHOFREDI ANTONII, IC.

## DISPUTATIO FEUDALIS I

De

# IURE FEUDALI, FEUDIQUE DEFINITIONE ET DIVISIONIBUS.

Quam

*Cum Corollariis ex Iure Publico,*

ad ductum Inſtitut. Per-Illuſtris Dn. de RHEZ

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

**IO. SAMUELE STRYKIO**

I. V. D. & Profeſſore Publ. Ordinario,

*D. XIII. Aug. A. O. R. MDCXCIIX*

Placidæ disquiſitioni publicæ ſubmittit

SAMUEL FRIDERICUS HAGEN,

Lenz. March.

---

*HALAE MAGDEBURGICAE,*

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0007-9

# COROLLARIA
## *Ex Inſtitut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz.*
Lib. I. Tit. 1. & 2.

I.

IVs Publicum, qua iurisprudentiæ pars eſt, recte deſcribitur, quod ſit *habitus practicus, de Statu Rei Germanicæ Leges iuxta doctrinam artis interpretandi, & ad factum pro re nata applicandi, vt iuſtitia inde reſultet.*

2. Sola notitia Legum publicarum, & hiſtoriæ Germaniæ, non facit iuris publici prudentem.

3. Diſputationes de materiis publicam pacem concernentibus, non penitus interdictæ in tabulis Pac. Oſnab.

4. Datur etiam Ius publicum non ſcriptum, quorſum obſeruantiæ in Germania receptæ pertinent.

5. Interpretatio legum publicarum non ſecundum litterarum tenorem, ſed ſtatus præſentis rationem capienda. Vnde errant, qui hodie Imperatori maledicentem, ad eum remittendum cenſent.

6. Conſuetudinis in iure publico probandæ eo maior difficultas eſt, cum non ſolius Imperatoris conſenſus tacitus ſufficiat; ſed & ſcientia Statuum, ſi non omnium, certe plerorumque neceſſaria ſit.

7. Principes Imperii etiam iuri, per Receſſus Imperii introducto, in prouinciis ſuis derogare poſſunt, ſi vicinorum intereſſe non concurrat.

8. Iuris Naturæ quoque rationem in iure publico habendam eſſe, negari nequit.

9. Ratio ſtatus nec monſtrum politicum eſt, nec expellenda

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0009-4

pellenda e Rep. ſed ad illam in decidendis controuerſiis publicis quam maxime recurrendum.

10. Iuris priuati cognitio eo minus a iure publico remouenda, cum Principum Imperii cauſæ pleræque ex illo decidantur.

11. Interpretatio doctrinalis & in iure publico admittenda; Authenticam vero ſolus Imperator ſibi vindicare nequit.

12. Fruſtra ſunt qui iuris publici doctrinam ab Academiis remouere conantur.

13. Ad iura Germaniæ priſtina, Sueuicum ſc. & Saxonicum, ſœpius æque imprudenter recurritur, quam ad ius Romanum: nam & in illis multa continentur fabuloſa, multa vſu obſoleta. Nec Aurea Bulla, dum vicariatum Imperii ſecundum illa iura conſtituit, immotam illis largitur auctoritatem.

14. Quæ de Germanorum moribus antiquis refert Tacitus, vtut plerisque probata ſint; non tamen vbique teſtis omni exceptione maior eſt.

15. Conſtitutionem Epiſcoporum Germaniæ & olim competiiſſe Imperatori, & hodie eandem ipſi reſtituendam eſſe, certum eſt. Non obſtantibus Germaniæ concordatis, toties ab ipſo Pontifice violatis.

16. Perſonati Fürſtenerii prætenſo ſuprematui, in totum reſiſtit, dependentia Principum ab Imperatore & Imperio.

17. Etiam in rebus ad religionem pertinentibus, Princeps Pontificius, Proteſtantibus; Et Princeps Auguſtanæ confesſioni addictus Pontificiis ſubditis, recte præeſt.

# DISPVTATIO FEVDALIS I.
# DE IVRE FEVDALI, FEVDIQVE DEFINITIONE, ET DIVISIONIBVS.

## THESIS PRIMA.

IVs feudale *a* eſt ius *b* de Feudis *c*, moribus *d* Longobardorum *e* introductum *f*, & conſtitutionibus quibusdam, tum Imperatorum *g*, tum Pontificum *h*, nec non prudentum *i* reſponſis *k*, latius enucleatum, receptumque *l*, in toto Imperio Romano. *m*

a) Conſuetudines ſeu vſus feudorum inſcribi ſolitum, a parte ſua prin-
cipaliore. Herm. Vult. *1. F. 1. n. 2. & 3.* Duaren. *c. 1. n. 2. & 3.* Tiber. Decian.
*reſp. 3. n. 229. vol. 4.* [ Finckelth. *Contr. feud. D. 1. qu. 6.*] & (exceptis, quæ paſ-
ſim inſeruntur, Imperatorum conſtitutionibus) priuata non Imperatoria, con-
ſcriptum auctoritate. [ a Gerhardo Nigro & Oberto de Orto Coſs. Mediola-
nenſibus, Sonsbec *P. 1. Comm. ad vſus feud. n. 22.* Schrad. *P. 1. qu. 1. n. 3.* Diſſ.
Struu. *S. I. F. c. 1. th. 5. n. 2.* Ludwel. *Syn. feud. c. 1. p. 7.* Neque libellus Antonii
Mincuccii de Prato veteri, quem nuper edidit Dn. Schilterus, *in Codice Iuris
Alemannici feudalis*, certa confirmatione nititur.] Carol. Molin. *in conſuet.
Pariſ. tit. 1. in pr. n. 100.* Franciſc. Sonsbec. *in tract. de feud. p. 1. n. 22.* Nicol.
Euerhard. iun. *conſ. 41. n. 129. vol. 1.* Diſſ. Schrad. *in tract. de feud. p. 2. nonæ par-
tis princ. ſect. 3. n. 118.* Guer. Piſo Soac. *in prælud. feud. c. 1. n. 21. & 22.* conti-
nensque rhapſodiam & farraginem, iuris feudiſtici ex variorum auctorum
ſcriptis ſuffarcinatam. Conan. 1. *comment. iur. 10. n. 3.* Duaren. *de feud. c. 1.
num. 4.* Hotom. *in præf. comm. in lib. feud.* Diſſ. Zaſ. *de feud. p. 1. n. 1.* Schrad.
*p. 1. q. 1. n. 3.* Alex. Raudenſ. *in tract. de analog. lib. 1. c. 21. n. 30.* Pariſ. *conſ. 23. n.
266. vol. 1.* Aliter Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. nu. 100.* Eguin. Bar. *lib. 1. de iure*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0011-1

beneſ. c. 2. in fin. Aliter Cuiac. de feud. lib. 1. in princ. Dionyſ. Gothofr. in epit. feud. c. de orig. iuris feud. Io. Borcholt. in tract. de feud. c. 2. n. 28. & ſq. vide Hartm. Piſt. 2. q. 32. num. 23. f. 348. & qu. 34. n. 17.

b) Vim legis obtinens. Curt. iun. de feud. p. 1. quæſt. 1. Andr. Fachin. 7. controu. iur. 2. Nicol. Euerhard. iun. conſ. 58. num. 24. vol. 1. Diſſ. Hoſtienſ. in ſumma ſua, de immun. Eccleſ. §. in quantum. & Ægid. Bellarm. conſ. 48. & obligans non tantum ſeculares; ſed & Eccleſias, atque eccleſiaſticas perſonas, Roſenth. de feud. 1. q. 9. n. 9. M. Ant. Peregrin. conſil. 25 n. 1. lib. 1. Ioan. Fichar. conſ. 15. n. 12 vol. 2. per c. 6. & 7. de foro compet. c. 1. de controu. inter epiſc. & vaſal. 2. F. 20. c. 1. §. fin. de capitul. Corrad. 2. F. 40. [Rittershuſ. l. 1. c. 6. n. 3. Gudelin. Comment. de I. feud. p. 2. c. 2. n. 4. Hanneton. de Iure feud. c. 6. n. 6. & ibi Chriſtin. vbi Diſſentientes refutant.] Diſſ. Andr. Barbat. in c. cæterum, de iudic. etiam conſtitutiones Imperatorum vſibus feudorum interiectas quod attinet. Schr. p. 1. q. 2. n. 5. & ſeqq. arg. c. 1. cum ibi not. de nou. oper. nunc. c. lege Imperatorum, c. quoniam. c. de capitulis, & c. quis autem. diſt. 10. Diſſ. Curt. iun. p. 1. q. 2. num. 5. circa fin. An & ſummos Principes? Vtiq; ad obſeruandum, ſi quem inierunt, contractum feudalem; c. 1. atq; ibi Dd. de nat. feud. 1. F. 7. & arg. tit. 100. in extraordin. Petr. Ant. de Petra in tract. de iure quæſ. per Princip. non tollend. c. 32. q. 2. num. 110. cum multis ſeqq. fol. (mihi) 531. Simon Piſtor. conſ. 4. num. 19. 20. 21. 22. poſt vol. 2. Crauet. conſ. 452. num. 16. vol. 3. Alex. Raudenſ. conſ. 1. n. 228. lib. 2. Diſſ. Aluar. in c. 1. §. notandum, n. 6. de his, qui feud. dar. poſſ. Alioquin enim ſicut Princeps iure maieſtatis ſuæ legibus ciuilibus & poſitiuis (non item naturalibus & diuinis Deut. 17. v. 18. 19. c. non licet. diſt. 10. §. pen. Inſt. de Iur. nat. gent. & ciu. l. 188. §. 1. ff. de reg. iur. Rol. a Valle conſ. 1. n. 22. vol. 2. nec dominandi legibus, quæ Principem, qua Princeps eſt, immediate concernunt, & cum ipſa maieſtate coniunctæ ſunt. Ioan. Bodin. lib. 1. de republ. c. 8. n. 88. in fin. f. 139. Hotom. illuſt. quæſt. 1. Ioan. Dauth. ad l. 3. n. 5. C. de legib. Franciſc. Zoan. in tract. de Roman. Imp. n. 171. 184. & ſeq. Tiber. Decian. reſp. 19. n. 124. vol. 3.) ſolutus eſt l. 31. ff. de legib. l. 23. ff. de legat. 3. §. fin. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm. Nouell. 105. c. 2. in f. Vult. ad §. 7. num. 4. & ſeq. Inſt. de iure nat. gent. & ciu. Bodin. d. c. 8. Daut. ad d. l. 3. n. 2. & ſeq. C. de teſtam. (vide diuerſas interpretum opiniones apud Fachin. lib. 1. controu. iur. c. 2.) ita quoque iure feudali, quatenus poſitiuum eſt, non eſt obſtrictus. Andr. Knich. de pact. veſt. lib. 2. c. 5. n. 165. & ſeq. poſt Auguſtinum Beroum in conſ. 80. n. 3. vol. 1. in dubio tamen iure communi vti præſumitur. l. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 35. C. de inoff. teſtam. l. 4. C. de legib. Hartm. Piſt. lib. 2. p. 2. q. 29. num. 21. & ſeq. Roſenth. c. 6. q. 10. num. 7. nec

vſpiam

vſpiam ab eo diſcedere, niſi ratio tuendæ maieſtatis id flagitet, aut actus, quem gerit, aliter nequeat ſuſtineri. Caſtrenſ. *ad l.3. ibi* Dauth. *num. 3. verſ. declara tertio. C. de teſtam.* Alex. *ad l. 2. num. 5. C. de teſtam. milit.* Menoch. *conſ.250. n.66. lib.* 3. Iſta autem omnia, quæ de auctoritate iuris feudalis dicuntur, de textibus ordinariis accipienda ſunt. Extraordinaria enim capitula (inter quæ etiam *c. 1. caſ. quib. fœm. in feud. ſucced.* apud Cuiac. *4. F.* 104. Diſſent. Ioan. Petr. Surd. *conſ. 407. n. 9. lib.* 3.) auctoritatem iuris non obtinent. Bald. *in c. 1. §. præterea ducatus. n. 8. de probib. feud. alien. per Frider.* Aluarot. *in prolegom. capit. extraord.* Roſenth. *c. 7. q.33. n.* 17. [quando ſc. ordinariis contrariantur Struu. *c.1. th.7. n.* 10. Diſſ. Finckelth. *Diſp. feud.* 1. *contr.* 16.] Diſſent. Cuiac. 4. *F.* 73. In explicando tamen iure feudorum dubio non exigui videntur eſſe momenti. Vult. 1. *F. 9. n.* 41. *verſ. plus tamen.* Harman. Piſt. 2. *q.* 13. *n. 59.* 2. *q.* 15. *n.* 43. *circa fin. &* 2. *q.* 34. *n. 33.*

c) De quorum origine variæ ſunt variorum opiniones. Multi à Romanis feuda deriuant, diuiſi in aliquot ſectas, quas ordine recenſent. Vult. 1. *F.* 1. *n.* 11. Guerr. Piſo *in prælud. feud. c. 4.* & latiſſime Ioan. Garſias *in tr. de expenſ. c.* 12. [Itterus *de feud. Imp. c.* 1. §. 3. Ludwel. *Synopſ. feud. c.* 1. *p.* 3.] Plures verò à Longobardis eorum petunt initia. Clarus *in §. feudum, q.* 1. Duar. *de feud. c. 3. n. 4.* Nicol. Intrigliol. 1. *q.* 3. *n.* 20. Fachin. *7. controv. iur.* 1. Longobardos autem plerique è Scandia, Scanzia, Scandinauia ſeu Scania (variè enim appellatur) Daniæ inſulâ educunt. Otto Friſingenſ. *lib. 2. de geſt. Frider. c.* 13. Godefr. Viterbienſ. *chronic. p. 17. f. 446.* Albert. Krantz. *lib. 2. Daniæ. c.* 20. Alii exiſtimant ipſorum ſedem fuiſſe à confluente Albis & Salæ in ripa Albis occidentali, quæ nunc eſt regio Meideburgenſis & Halberſtadenſis. Philip. Melancht. *lib. 3. chronic. in princ. vbi de Harminio Cheruſc. duce. & inferius in Iuſtino II. nitens auctoritate Strabonis ac Ptolomæi.* [Cluuer. *l.3. Germ. Antiq. c.*26. Ericus Puteanus *l. 2. Hiſtor. Inſubr. c.3. n. 7. in not.*] Iſtis nonnulli adiungunt Gothos. Hotom. 2. *obſerv.* 16. *& in feud. diſput. c.* 1. quos e Suecia prodiiſſe ſcribit Albert. Krantz. *in præfat. Daniæ ſuæ. & lib.* 1. *Sueciæ. c.* 1. 2. 3. Sunt quoque qui à Gallis & Francis primum feudorum vſum promanaſſe putant. Conan. 2. *comment. 9. n. 5.* Andr. Knich. *in tract. de iure territ. c. 1. n.* 104. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. in princ. num.* 1. *&* 13. vbi tradit, Longobardos in Germania commorantes vſum feudorum a vicinis Sicambris, hoc eſt, Francis orientalibus, hauſiſſe; Gallos vero Normanos eundem e Neuſtria parte Galliæ occidentali in Græciam inuexiſſe. Quin & reperitur, qui Friſoni Friſoniæ gentis conditori hoc inuentum tribuit. Suffrid. Petri *de ſcriptorib. Friſiæ, dec. 1. c. 9.*

Alii a variis Magnæ Germaniæ populis, veluti Alemannis, Francis, Bauaris, Sueuis, Saxonibus, Burgundis, Gothis & Longobardis infeudandi conſuetudinem proceſſiſſe arbitrantur. Petr. Heig. 1. *q.* 1. Vincent. Cabot. *lib.* 2. *var. diſput. c.* 30. Ritterhuſ. 1. *F.* 1. *q.* 2. *&* 3. Frideric. Pruckman. *conſ.* 50. *n.* 128. Quam tamen conſuetudinem iſtas gentas ab Hunnis (effuſis e vaſta illa regione, quam olim Sauromatæ, nunc Tartari tenent, ſupra Ruſſos ſcilicet ad Orientem, vt opinatur Albert. Krantz. *lib.* 2. *Daniæ. c.* 21.) primùm didiciſſe, tradit Ioan. Bodin. *lib.* 2. *de Republ. c.* 2. *nu.* 191. 192. Cum autem tot tantique ſint opinionum fluctus, Aluarus Valaſcus *in tract. de iure emphyt. q.* 39. *n.* 1. feudorum originem incertam eſſe, nec a quoquam ex antiquitatum Scriptoribus eorum initium deprehendi poſſe, ſcribit. Denique Stephanus Forcatulus *in tract. de feud. c.* 1. *nu.* 10. feuda cenſet e iure gentium originem traxiſſe. Quid igitur dicendum? Profecto contractus, per quem feudum conſtituitur (qui & ipſe non raro feudum dicitur. *vide theſ. ſeq. lit. c.*) ipſo feudo natura prior eſt, vt cauſa effecto. Iſte autem contractus nominatus eſt. Schrad. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 3. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 6. *n.* 6. *& q.* 38. *n.* 3. Fichard. *conſ.* 13. *nu.* 3. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 5. *n.* 60. *vol.* 1. (Diſſent. Cuiac. 2. *F.* 8. Ioan. Borchol. *c.* 9. *n.* 14.) & iuris ciuilis Vult. 1. *F.* 11. *num.* 8. Roſenth. *c.* 10. *q.* 38. *nu.* 3. Crauet. *conſ.* 671. *nu.* 8. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 157. *n.* 22. *lib.* 2. (Diſſ. Iacob. Thom. *inter conſ. Modeſt.* Piſt. *conſ.* 12. *n.* 65. *vol.* 2.) [Diſſ. item Grotius *de I. B. & P. l.* 1. *c.* 3. §. 23. vbi hunc contractum proprium Germanorum vocat.] Nam Longobardorum aliarumque e Germania Magna (ad quam tria quoque Aquilonis regna, Daniam, Sueciam & Noruagiam, Coſmographi referunt, teſte Alberto Krantzio *in præf. lib.* 1. *Saxon. circa fin.*) oriundarum gentium, moribus certa negocii forma certumque nomen ei tributum. Curt. Iun. *de feud. p.* 1. *qu.* 9. *n.* 1. Roſenth. *c.* 1. *q.* 4. *n.* 4. Atque hoc reſpectu origo feudi ab illis, quos modo dixi, populis, non male repetitur. Ioan. Gœd. *diſp. feud.* 1. *n.* 5. Guer. Piſo *in prælud. feud. c.* 4. *num.* 21. [Ludwel. *cit. p.* 3. *ſeqq.* Dn. Eyben. *Elect. feud. c.* 1. §. 7. Struu. *L.* 1. *aph.* 3. Diſſent. quoad Longobardos Itterus *de feud. Imp. c.* 1. §. 8.] Nihil tamen obſtat, quo minùs & apud alias gentes eiusmodi quid iuris ſub conditione fidelitatis conſtitui potuerit, & fortaſſe quandoque conſtitutum fuerit: ſed per contractum incertum & innominatum, & ius quoque innominatum. *vide* Andr. Knich. *de iure territ. d. c.* 1. *nu.* 104. *cum ſeq.* Garſ. *de expenſ. d. c.* 12. *a nu.* 1. *vsq; ad nu.* 47. Cont. *in tract. de feud. tit. de orig. & lib. feud.* Camill. Gallin. *de verb. ſign. lib.* 9. *c.* 28. *num.* 8. Eoque intuitu feudorum incunabula iuri gentium tribui poſſunt. Stephan. Forcat. *de feud. d. c.* 1. *nu.*

10. *& ſeq.* [ Dn. Horn. *Exercit. feud.* 1. *th.* 4. ] Similis plane ratio emphyteuſeos, qui contractus ante Zenonem indigeſtus fuit & innominatus. Sichard. *ad rubr. nu.* 3. *C. de jure emphyt.* Donel. 9. *comment. iur.* 13. §. *quid ergo arg.* §. 3. *Inſt. de loc. & conduct. iunct. l.* 1. *in princ. ff. de æſtim. act.* & hactenus quoque iuris eſt gentium. Weſenb. *ad d.* §. 3. *nu.* 8. Mynſing. *nu.* 5. *&* Petr. Heig. *nu.* 7. *Inſt. de loc. & conduct.* ex conſtitutione vero illius Imperatoris certus cepit eſſe & nominatus, indeque rectè iuris ciuilis eſſe perhibetur. Vult *ad d.* §. 3. *ibidemq;* Eguin. Bar. Borch. *in tractat. de feud. c.* 3. *n.* 3. Weſenb. *in paratit. ff. ſi ager vectig. pet. nu.* 2. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 2. §. 73. *num.* 30. Quando in Saxonia vſus feudorum primum inualuerit, & a quibus ius feudale Saxonicum introductum ſit, tractat Petr. Heig. *d. q.* 1. *n.* 105. *& ſeq.* vbi videri poteſt.

d) 1. *F.* 1. §. 4. *tit.* 13. 15. *&* 2. *F.* 1. 23. 81. 82. 83. 84. Fuerunt autem iſti Longobardorum mores in diuerſis curiis (& præſertim Mediolan. ab aliis, vt 1. F. 1. §. *fin. & tit.* 13. *it.* 2. F. 10. 24. 32. 34. 40.) plerumque diuerſi 1. *F.* 27. 2. *F.* 1. *& tit.* 9. Cuiac. *in proleg. feud.* Hot. *in diſp. feud. c.* 30. Sed & in quibusdam articulis exactæ iuris rationi non videntur adeo conſentanei. *c.* 1. §. *filii nati. ibi: quamuis ratione improbetur talis conditio; ex vſu tamen admittitur. &* §. *moribus. ſi de feud. defunct. content. ſit.* 2. *F.* 26. Ioan. Dauth. *ad l. fin. n.* 63. *C. de pact.* Forcat. *de feud. c.* 1. *n.* 2. Schurff. *inter conſ.* Modeſtin. Piſt. *conſ.* 8. *n.* 8. *vol.* 1. Obſeruandi nihilominus ſunt in iudiciis: niſi quatenus eos conſtat eſſe reprobatos, vel iuri diuino aut naturali rationi contrarios. Hartm. Piſtor. 1. *q.* 24. *num.* 45. Roſenth. *de feud. c.* 1. *q.* 9. *n.* 4. qua de re videantur, quæ in vniuerſum tradunt Andr. Gail. 1. *obſerv.* 36. *n.* 12. *&* 15. *& lib.* 2. *obſ.* 31. *n.* 12. *& ſeq.* Menoch. 2. *arb. iud. qu.* 82. Mynſ. *conſ.* 13. *n.* 14. *& conſ.* 32. *n.* 29. *cent.* 1.

e) Dictos autem volunt Longobardos à longis cuspidibus vel bipennibus, quas nos **Parten** ſeu **Hellparten** appellamus, Philipp. Melancht. *lib.* 3. *Chron. in Iuſtin.* 11. Alii a longis barbis. Iſidor. *lib.* 9. *Etymolog. tit. de gent. vocab.* Paul. Diacon. *lib.* 1. *de geſt. Longob. cap.* 8. Alii quaſi longos bardos ſeu barbaros. Albert. Krantz. *lib.* 2. *Daniæ. c.* 21. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in princ. nu.* 38. [ Alii veroſimilius a voce **Borde**/ quæ vox pagum ſignificat, qui cum paulo longior cæteris fuerit, inhabitatores dicebantur **Lange Border.** Dn. de Rhetz. *in comment. Iur. feud. in proem. p.* 30. ] Vt, ut ſit: Iſti Longobardi, iuxta quorundam ſententiam, excedentes e Scania primum in Inſulam Rugiam littori Baltici maris vicinam; deinde in Boiariam; e Boiaria (ſeu iuxta alteram opinationem e regione Meideburgenſi &

Halberſtadienſi, patria ſua) in Pannoniam immigrarunt: cumque in iſtis locis aliquandiu fuiſſent commorati; anno Chriſti 568 ſeu, vt nonnulli volunt, 572 Galliam Ciſalpinam, quæ tempore Caroli Magni ab ipſorum nomine Lombardia ſeu Longobardia dici cepit, & pro Italiæ portione habetur, occuparunt: ibique vltra ducentos annos conſidentes noſtras de feudis invexerunt conſuetudines. Obſeruandum autem alios quoque Germaniæ populos, veluti Saxones & Pomeranos illis mixtos fuiſſe. *Vide* Albert. Krantz. *lib.* 2. *Daniæ. cap.* 20. *&* 21. *& lib.* 3. *c.* 1. *6.* 7. Phil. Melancht. *d. loc.* Ott. Friſingenſ. *lib.* 2. *de geſt.* Frideric. *c.* 13. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in princ. n.* 13. 37. 38. Petr. Heig. 1. *q.* 1. *n.* 32. *cum multis ſeq.* Knich. *de iure territ. c.* 1. *n.* 108. *& ſeq. & n.* 124. *cum ſeq.* Frideric. Pruckman. *conſ.* 50. *n.* 128. *& ſeq.*

f) Atque ita ius non ſcriptum, ſeu, vt ſæpius dictum, conſuetudines. Nec deſierunt eſſe conſuetudines poſteaquam conſcriptæ ſeu in ſcripturam redactæ ſunt. Vult. 1. F. 1. *num.* 4. Clarus *in §. feudum q.* 2. Roſenth. *c.* 1. *q.* 8. *n.* 3. *& ſeq.* [ Struu. *c.* 1. *aph.* 7. *n.* 5. Ludwel. *p.* 10. Cöppen *Obſerv. feud.* 1. *n.* 30. ] Diſſ. Schrad. *p.* 2. *nonæ partis princip. ſect.* 3. *n.* 114. *cum multis ſeq.* Modeſtin. Piſt. *conſ.* 60. *n.* 6. *vol.* 1. Aliter Guerrin. Piſo *in prælud. feud. c.* 6. *n.* 4. Inde tamen factum, vt hodie ſint notoriæ. Curt. Iun. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 13. Roſenth. *d. q.* 8. *n. fin.* Schrad. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 9. Et conſequênter neceſſum non eſt, vt hæc feudorum placita in iudiciis allegentur, probentur; aut vt reſpondeatur ad poſitionem ex illis deſumtam; nec tolerabilis cenſetur eorundem ignorantia, ſicut hæc aliaque ſimilia inde non inſcite colligit Schrad. *d. quæſt.* 1. *a nu.* 9. *vsq; ad fin.* Illud obiter notandum, conſuetudines feudorum licet proprie neque iuris ciuilis, neque prætorii ſint portio; illius tamen potius, quam huius referre naturam, & ſi effectum reſpiciamus, appellatione iuris ciuilis contineri poſſe, [ quia conſuetudo naturam iuris ciuilis imitatur *l.* 32. *ff. de LL.*] non aliter, atque doli appellatione venit lata culpa: ac proinde actionem iure feudali introductam, legitimis & ciuilibus accenſendam eſſe, non prætoriis. Schrad. *d. p.* 1. *q.* 1. immerito, ſi ita exaudiatur, reprehenſus à Niellio *diſp. feud.* 1. *in fin. adde* Oldend. *claſſ.* 5. *tit. de action. benefic. q.* 1. *f.* (*mihi*) 915.

g) Vt Lotharii I. nepotis Caroli Magni *tit. conſtitut. feudal. Dom. Lotharii Imp.* 1. F. 19. *& ſeq. vsque ad tit.* 24. (*gloſſ. & Dd. vulgo ad d. tit.* 19. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in princ. n.* 25.) *aut ſaltem* (*vt putat* Cuiac. 1. F. 23.) *vsq; ad tit.* 23. quæ conſtitutio lata eſt circa annum C. 825. & nulla in iure noſtro feudali extat vetuſtior. Molin. *d. tit.* 1. *num.* 25. 32. 80.

32. *80. & conſ.* 50. *num.* 13. Hotomann. *ad d. tit.* 19. Andr. Knich. *in tract. de iure territ. c.* 1. *n.* 100. Petr. Heig. 1. *q.* 1. *n.* 68. Diſſ. Cuiac. 1. F. 17. textum emendans & hanc conſtitutionem tribuens Lothario III. cui eandem quoque adſcripſerunt Gratus *conſ.* 9. *n.* 47. *vol.* 1. Alciat. *conſ.* 199. *num.* 32. Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 266. *lib.* 1. & late Menoch. *conſ.* 2. *nu.* 247. *cum ſeq. lib.* 1. *adde* M. Ant. Peregrin. *conſ.* 84. *nu.* 25. *lib.* 1. Deinde Conradi II. *c.* 1. §. *cum vero* 2. *de his, qui feud. dare poſſ.* 1. F. 1. quæ ſancita circa annum C. 1027. Molin. *d. tit.* 1. *n.* 81. Knich. *d. c.* 1. *n.* 99. *& ſeqq.* Cuiac. *ad d.* §. 2. Diſſ. *ibid.* Hotom. *pro Conrado Lotharium reponens.* Vide integram conſtitutionem apud Cuiac. *lib.* 5. *in princip. & apud* Hotom. *lib.* 3. *f.* 585. Ex cuius verbis *in* §. *præcipimus etiam*, aliisque indiciis coniicio, quod de nepotum & fratrum ſucceſſione in feudo paterno antea conſtituerat Lotharius I. vſu interprete de maioribus valuaſoribus acceptum fuiſſe, non item de minoribus: Conradum vero idem ordinaſſe de vtriſque, & ob hanc conſummationem *in d. tit.* 1. §. 2. primum eius iuris auctorem laudari. Ad reliqua eiuſdem Conradinæ conſtitutionis membra reſpiciunt *cap.* 1. §. 1. *in fin. qual. olim. pot. feud. alien.* 2. *F.* 9. *c.* 1. *de controv. feud. apud. pares termin.* 2. *F.* 16. *& c.* 1. *de lege Corradi.* 2. *F.* 34. Diſſen. Hotom. *ad d. tit.* 16. *&* 34. Aliter Molin. *d. tit.* 1. *n.* 81. Subſecuta eſt conſtitutio Henrici, Conradi II. filii, qui Patri in Imperio ſucceſſit, & a quibuſdam Henricus II. ab aliis III. nominatur, *c.* 1. *quot teſtes ſunt neceſſ.* 2. *F.* 57. Cuiac. *de feud. lib.* 5. Diſſen Molin. *d. tit.* 1. *nu.* 92. Poſtea Lotharii III. *tit. de probib. feud. alien. per Lothar.* 2. *F.* 52. (vbi expungenda vox Eugenii) quæ legitur in inſcriptione præmiſſa §. fin. quia Lotharius III. tempora Pontificis Eugenii non attigit, *non notant* ibi Hotoman. Gothof. & Petr. ab Area Baudoza. ex Molin. *d. tit.* 1. *n.* 80. & Cuiac. 1. *F.* 17. Diſſent. Dd. vulgo. Aluarot. *ad c.* 1. *n.* 1. *conſtit. feud. Dom. Lotharii. Imp.*) confer. 1. *F.* 13. *&* 2. F.. 3. §. *item tit.* 9. 24. §. *fin.* 38. 44. 55. *&* 67. Dehinc Conradi III. *c.* 1. *de capitul. Corradi.* 2. F. 40. *Molin. d. tit.* 1. *n.* 81. Diſſent. Hotom. *ad tit.* 40. Aliter Cuiac. 4. F. 49. Eiusque proximi in Imperio ſucceſſoris Friderici. I. *tit. de pace tenend. & eius violatorib.* 2. F. 27. Molin. *d. tit.* 1. *n.* 86. Cuiac. *d. lib.* 5. (Diſſen. Hotoman. *ad d. tit.* 27.) *c.* 1. §. *in quibus etiam de conſuet. recti feud.* 2. F. 23. *& tit. de pace tenend. inter ſubd.* 2. F. 53. *de probib. feud. alien. per* Frideric. 2. F. 55. *& tit. quæ ſint regal.* 2. F. 56. Plures Imperatorum de feudis Conſtitutiones congeſſerunt Cuiac. *d. lib.* 5. & Hotoman. *d. lib.* 3. quibus præteritis, eas tantum, quæ in iure feudali ſparſim ponuntur, in præſenti attingere placuit.

h) Veluti Vrbani II. cuius conſtitutionis ſeu decreti fit mentio in *cap.*

*I, in*

*1. in princ. epiſcop. vel abbat. 1. F. 6.* Aluarot. *ad c. 1. in princ. nu. 1. 5. de his, qui feud. dare poſſ. & ad d. c. 1. in princ. epiſc. vel abb.* Cuiac. *1. F. 1.* Diſſen. nonnulli referente Aluarotto, qui Vrbanum V. *in d. tit. 6.* indigitari exiſtimant. In iure Canonico non paucæ de feudis extant conſtitutiones, vt Alexandri III. *in c. 5. de iudic. c. 6. & 7. de foro compet.* Innocentii III. *in c. 7. de conſtitut. c. 13. verſ. non enim intendimus, de iudic. c. 7. de his, quæ fiunt a præl. ſine conſ. cap. c. 1. & 2. de donation. inter virum & vx. c. 10. & 12. de pœn.* Honorii III. *in c. fin. de pœn. & c. 53. in fin. de ſentent. excommunic.* & Alexandri IV. *in c. fin. §. ſanè quamuis, de decim. in 6.*

i) Vt Philiberti Epiſcopi 2. F. 6. Gerhardi Nigri Capagiſti: Oberti de Orto (horum vterque conſul Mediolanenſis fuit tempore Friderici I. Ott. Friſingenſ. *lib. 2. de geſt. Frideric. c. 12.*) & aliorum *2. F. 2. 5. 28. 30. 34. §. 1. 2. & 3. item tit. 36. & 51. §. 1. 2. 3. 5. 6. & 7.* Sub idem enim illud tempus alii plures doctrina & auctoritate præſtantes floruere ICti, veluti Bulgarus, Martinus, Iacobus, Hugolinus, &c. Cuiac. 1. *F. 12.* Hotom. 2. *F.* 1. Hartm. Piſt. *2. q. 32. f. 349. in fin. & q. 34. n. 17.* Rittershuſ. *in oration. de Frideric. 1. f.* 13. [qui vltimus Imperatorum conſtitutiones adieciſſe dicitur. Vult *de feud. l. 1. c. 1.* Tabor. *ad. l. 1. F. t. 1. p. 7* & Corpori Iuris Ius Feudale adiunxit Dn. de Rhetz *in proœm. verb. incipiunt. n. 6.* Dn. Coccei. *in præf. n. 7.*] Siue autem ad hos digitum intendant Feudiſtæ, vt coniicit vir nobiliſſimus Iacob. Kleiſt. *in prolegom. concluſ. feud. pag. 8.* ſiue ad alios quosdam, in officina iuris feudalis præcipuæ auctoritatis fuiſſe videntur Obertus & Gerhardus. Forcatul. *de feud. c. 1. num. 9. circa med. arg. c. 1. de feud. cognit. 2 F. 1. c. 1. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliq. interp.* fuerit *2. F. 25.* Vide tamen Iuſtiniani conſtit. de concept. Digeſt. *§. 5. in fi. & §. ſeq.*

k) Sæpe autem in hoc iure contrariæ & inter ſe pugnantes ICtorum opiniones referuntur citra vllius expreſſam approbationem, *vt 2. F. 17. §. nam & illud, & tit. 28. §. his conſequenter. tit. 30. 34. §. 1. & 2. tit. 36. 41. 51. §. 3. & 6.* Quo caſu ex more feudiſtico opinio reprobata plerumque vltimo loco collocari ſolet, vt poſt Camerarium obſeruauit Hartm. Piſt. *2. q. 25. n. 30. & q. 32. n. 2. arg. d. §. his conſequenter. 2. F. 28. & d. tit. 30. & 51. §. 3. & 6.* confer. Roſenth. *c. 7. q. 35. n. 7. & c. 10. q. 42. n. 39. & c. 12. q. 15. n. 3.* [Maurit. *Diſſ. de libr. iur. civ. §. 26.*] Hoc tamen perpetuum non eſſe, apparet ex iis, quæ tradit Roſent. *d. c. 7. q. 55. arg. c. 1. de eo, qui ſibi vel hered. ſuis. 2. F. 17. c. 1. §. 2. in fin. de lege Corradi. 2. F. 34. & c. vn. an mut. vel al. imperf. 2. F. 36.* [Vnde diſſ. Ludwell. *p.* 13. Hinc iſtis caſibus ad alios textus recurrendum, aut iis deficientibus ad rationem iuris feudalis Carpz. *diſp.*

*feud.*

*feud.* 1. *th.* 22. Confer. Dn. Coccei. *in Hypomn. Feud. præf.* §. 11. Si dubietas inexplicabilis, Principem conſulendum puto.]

l) Quia autem de feudis hoc ius peculiariter receptum; in hac materia iuri ciuili, vt de feudis in ſpecie nihil diſponenti, ſemper præfertur, *c.* 1. *de feud. cognit.* 2. *F.* 1. & *arg. l.* 32. *cum l. ſeqq. ff. de legib.* præfertur quoque iuri Canonico extra terras Pontificis Romani in foro ſeculari. Vult. 1. *F.* 1. *n.* 9. *verſ. atque ſi contingat*; in foro Eccleſiaſtico, vel terrarum Pontifici Romano ſubiectarum, ſeculari, tum demum, ſi Canones in ſpecie non contradicant. Tiber. Decian. *reſp.* 90. *n.* 1. *vol.* 3. M. Ant. Peregrin. *conſ.* 25. *n.* 1. & *conſ.* 27. *n.* 6. *lib.* 1. Nicol. Euerhard. Iun. *conſ.* 30. *n.* 4. *vol.* 2. *confer c.* 13. *qui filii ſint legit.* &*c.* 7. *de appellation.* Extra feudalem vero materiam ius commune primas obtinet; feudale non attenditur: niſi illius, cum quo forte conſentit, illuſtrandi; aut eiuſdem, ſi qua in re deficiat, ſupplendi gratia: dummodo hoc poſteriori caſu, naturali aliqua nitatur ratione. Vult. 1. *F.* 1. *n.* 9. Roſent. *c.* 1. *q.* 10. Molina. *de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 6. confer Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gl.* 5. *n.* 78. & 79. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 39. *n.* 19. [vid. infra p. 11. in princ.]

m) Et ab omnibus fere etiam Imperium noſtrum accolentibus totius Europæ populis: in Italia, Gallia, &c. Cuiac. *lib.* 1. *de feud. in princ.* Vult. *d. c.* 1. *n.* 6. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 113. *f.* 117. Roſeut. *c.* 1. *q.* 9. (Diſſent. quoad Galliam Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in princ. n.* 105. 111. 112. 113. *iuxta nov.* Gothof. *editionem.*) Vnde apparet, hoc ius Longobardicum hodie ius commune feudorum non male appellari. Schrad. *p.* 2. *nonæ partis princip. num.* 123. & *ſeq.* Nicol. Euerhard. Iun. *conſ.* 41. *n.* 129. *vol.* 1. (Diſſ. Molin. *d. tit.* 1. *n.* 103.) Cui tamen ſæpe derogatur, tum iure ſpeciali cuiuſque loci, familiæ, aut ſingularum perſonarum, tum pactis & conventionibus contrahentium. Et quidem cauſſæ feudales primum definiendæ ſunt ex peculiaribus inueſtituræ pactis. And. Gail. 2. *obſ.* 50. *n.* 15. & *de pace pub. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 4. & 5. Mynſ. 5. *obſ.* 76. *n.* 1. Zaſ. *conſ.* 12. *n.* 59. *vol.* 1. Fichard. *conſ.* 14. *n.* 11. *vol.* 1. & *conſ.* 16. *n.* 2. *vol.* 2. *per c.* 1. §. *fin. de feud. marchia.* 1. *F.* 14. *c.* 1. §. *fin. ibi: per pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem, quid ſit inveſt.* 2. *F.* 2. *c.* 1. *ibi: niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura, de fratrib. de nouo benef. inueſt.* 2. *F.* 12. *c.* 1. *ibi: propter tenorem inueſtituræ inſertum, de duob. fratrib. a Capitan. inueſt.* 2. *F.* 18. *c. vn. de feud. non hab. prop. feud. nat.* 2. *F.* 48. [& quidem antiquioribus 2. *F.* 2. *c.* 1. Struv. *c.* 1. *th.* 11. *n.* 3. Niſi de noua dominiet vaſalli conuentione conſtet. Schrad. *p.* 5. *c.* 2. *n.* 39.] Si pacta nulla ſint; deciſio petenda ex iure ſingulorum locorum,

 fami-

familiarum aut perſonarum ſpeciali, *c.* 13. *ibi: non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium, niſi forte iuri communi per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum, de iudic. & arg. c.* 1. *ibi: ſecundum diverſorum locorum aut curiarum mores ſint diuerſi, de feud. cognit.* 2. *F.* 1. *c.* 1. *qual. olim. pot. feud. alien.* 2. *F.* 9. *c.* 1. *ibi: ſed in noſtra curia Mediolanenſi non obtinet, quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt.* 2. *F.* 24. *c.* 1. *de lege Corradi.* 2. *F.* 34. *c.* 1. *de capitul. Corrad.* 2. *F.* 40. Roſenth. *c.* 1. *q.* 13. Mynſ. *d. obſ.* 76. *n.* 2. & 3. Weſ. *conſ.* 74. *num.* 25. & 26. Fichard. *conſ.* 13. *num.* 5. & *conſ.* 18. *num.* 37. *vol.* 1. Et ſi hoc ſit varium, ex eo, quod magis ſpeciale ſeu proprium eſt, ita, vt conſuetudo alicuius Provinciæ cedat moribus ſingulorum locorum particularibus, & hi rurſus ſpecialiori familiarum iuri aut priuilegio, Schrad. *p.* 3. *c.* 6. *num.* 5. *in fin.* Cravet. *conſ.* 462. *num.* 13. *conſ.* 530. *num.* 2. & *conſ.* 545. *n.* 7. *vol.* 3. Nic. Everhard. Iun. *conſ.* 4. *n.* 39. *vol.* 2. *per l.* 41. *ibi: nec ambigitur in cætero omni iure ſpeciem generi derogare. ff. de pœn. l.* 80. *ff. de reg. iur. c.* 34. *de R. I. in* 6. Quid igitur, ſi alia ſit conſuetudo (idem intelligas de ſtatuto) in prouinciâ, vbi curia Domini ſita; alia ipſius curiæ dominicæ; alia in loco, in quo contractus eſt initus; alia denique, vbi res feudalis extat? Iuxta Interpretes neque curiæ dominicæ (niſi quid in ea ita receptum aut ſtatutum, vt in omnibus fundis vbicunque ſint, locum obtineat,) neque Prouinciæ, in qua curia dominica ſita; ſed fundi ſeruientis, ſeu eius loci, vbi res feudalis iacet, mores ac leges intueri oportet. Bodin. *lib.* 2. *de Repub. c.* 2. *num.* 192. *f.* 310. Schrad. *p.* 5. *c.* 2. *n.* 46. Weſ. *conſ.* 30. *n.* 12. Nic. Everh. Iun. *conſ.* 41. *n.* 130. *vol.* 1. ſcilicet in iis, quæ ipſam rem feudalem ſpectant, aut eam ſaltem afficiunt. [Struv. *c.* 1. *th.* 12. Conf. Itter. *de feud. imper. c.* 2. *§.* 2.] Quæ enim ad ſolam contractus ſolennitatem & perfectionem pertinent, indeque immediate dependent rem ipſam non afficientia, ex iure, quod in loco celebrati contractus viget, ſunt diiudicanda. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *§.* 12. (*olim fuit §.* 7.) *num.* 35. 36. 37. & plenius Roſenth. *c.* 1. *q.* 14. *vbi vide.* Quod ſi eiusmodi conſuetudo aut ius ſpeciale non extet, decurrendum eſt ad ius commune feudorum, *c.* 1. *ibiq. gloſſ. & Dd. de feud. cognit.* 2. *F.* 1. Mynſ. *d. obſ.* 76. *n.* 4. Roſenth. *d. c.* 1. *q.* 15. [Struv. *c.* 1. *th.* 13.] poſt ad ius abſolute commune, Ciuile ſcilicet & Canonicum, *d. c.* 1. *verſ. ſtrenuus autem, cum not. ibid.* Weſ. *de feud. c.* 17. *n.* 14. M. Ant. Peregrin. *conſ.* 8. *num.* 14. & *conſ.* 26. *n.* 4. *in fin. vol.* 1. confer Carol. Molin. *d. tit.* 1. *§.* 1. *gloſſ.* 5. *n.* 79. & Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 39. *num.* 19. *in fin.* [An vero controuerſia non feudalis ex iure feudali decidi poſſit quæritur? Negat.

gat. Struu. *d. c.* 1. *th.* 14. Sed affirmatiuam rectius defendunt Borcholt. *c.* 2. *n.* 32. *ſeq.* Finckelth. *D.* 1. *th.* 9. Ludwel. *p.* 19. vbi ad argumenta contraria reſpondent.] Et ſi huic vtrique inter ſe non conueniat, in foro Eccleſiaſtico, & terrarum (vt vocant) Eccleſiæ, ſeculari, attendendum ius Canonicum; in foro autem ſeculari terrarum Imperii, ius Ciuile. Herm. Vult. 2. *F.* 3. *n.* 26. *in fin.* Schneid. *p.* 1. *n.* 8. Roſ. *d. c.* 1. *q.* 19. [Ludwel. *c.* 1. *p.* 19.] præterquam in iſtiusmodi quæſtionibus, in quibus alias quoque ius Canonicum in quouis ſeculari foro iuri Ciuili præferri ſolet. Vide Curt. Iun. *p.* 1. *q.* 12. Schrad. *p.* 1. *q.* 6. & *p.* 7. *c.* 5. *n.* 69. Pruckman. *conſ.* 2. *n.* 193. & 274. *conſ.* 28. *num.* 89. & *conſ.* 50. *n.* 146. *lib.* 1. Diſſentire videntur Iaſon *in prælud. feud. n.* 63. Marant. *de ordin. iudic. p.* 3. *n.* 88. Facult. Iurid. Francof. inter Conſ. Modeſtin. Piſt. *conſ.* 25. *n.* 155. *vol.* 2. *f.* (*mihi*) 320. His omnibus deficientibus atque ita in ſubſidium (non vero vt conſuetudinum feudalium aut iuris ſcripti regulis quicquam detrahatur, non vt ulla inde huius vel illius iuris eliciatur correctio) variis argumentis (de quorum inter ſe comparatione ac ordine vide generalia quædam monita *apud* Mynſ. 5. *obſ.* 76. *num.* 6. 7. 8. 9. Nicol. Euerhard. *in topic. loc. a contrar. ſenſ. num.* 31. & Roſenth. *d. c.* 1. *q.* 18.) locus datur: veluti ab indefinita Curt. Iun. *p.* 1. *q.* 4. *n.* 8. & 9. Schrad. *p.* 1. *q.* 4. *num.* 14. & *p.* 10. *ſect.* 8. *n.* 23. vbi refert diſſentientes. Roſent. *c.* 1. *q.* 20. *n.* 3. A contrario ſenſu, Roſent. *d. q.* 20. *n.* 1. & 2. Schrad. *d. q.* 4. *num.* 1. & *ſeq. vsq; ad* 14. Cacheran. *deciſ.* 23. *n.* 52. confer Marant. *de ordin. iudic. p.* 3. *n.* 91. & 92. Erneſt. Cothman. *conſ.* 23. *n.* 100. & *ſeq.* A ſimili (quod ceſſat, quatenus ſubeſt rationis diuerſitas) Mynſ. *d. obſ.* 76. *n.* 6. & 7. Schrad. *p.* 1. *q.* 3. & *p.* 9. *c.* 9. *n.* 19. Pruckm. *conſ.* 15. *n.* 15. *lib.* 1. *arg. l.* 12. *l.* 13. *l.* 32 *ff. de legib. c.* 1. §. 2. *verſ. prædictis modis, ibi: quæ poteſt colligi, &c. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* 2. *F.* 24. [modo ratio in iure feudali ſit expreſſa, alias ſecus. Schrad. *d. qu.* 3. *n.* 5. & 9.] & in ſpecie quidem a libertis & patronis. Ioan. Fichard. *conſ.* 22. *n.* 5. *vol.* 2. Modeſtin. Piſt. *conſ.* 60. *num.* 30. *vol.* 1. Ioan. Sichard. *conſ. feudali* 8. *num.* 1. & 6. *f.* 166. Vide Roſent. *d. c.* 1. *q.* 11. Petr. Heig. *ad §. præiudiciales, num.* 11. & 12. *Inſt. de action.* Mynſ. 4. *obſ.* 91. & 92. *inibiq;* Dnn. Cameralium *de hoc argumento iudicium:* Ab emphyteuſi. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 39. *n.* 19. Roſenth. *d. c.* 1 *q.* 10. *n.* 5. & *ſeq.* Zaſ. *conſ.* 11. *n.* 2 *vol.* 2. Pruckman. *conſ.* 2. *n.* 191. 192. 272. vbi hoc reſtringit ad feudum proprium, quod non probamus. Idem Pruckman. *conſ.* 48. *n.* 147. Cothman. *conſ.* 38. *n.* 123. A cenſuali contractu. Roſent. *c.* 10. *q.* 34. *n.* 28. & 30. A fideicommiſſo. Vult. 2. *F.* 3. *n.* 27. Roſent. *c.* 1. *q.* 11. *num.* 2. Tiber. Decian. *reſp.* 83. *n.* 11. *vol.* 4. Surd. *conſ.* 427. *n.* 37. *lib.* 3. A beneficiis

Eccleſiaſticis. M. Ant. Peregrin. *conſ. 8. num.* 15. *&* *conſ.* 26. *n.* 5. *vol.* 1. Ab vſufructu. Roſent. *d. q.* 11. *n.* 3. *&* 4. Fichard. *conſ.* 2. *n.* 3. *vol.* 2. Sichard. *d. conſ. feud.* 8. *n.* 45. *& ſeq. &c.* Illud in vniuerſum obſeruandum, vnoquoque iure intelligi contineri, non tantum, quod verbis expreſſum eſt; ſed & quod continetur mente ac ratione. *l.* 17. *l.* 29. *l.* 30. *ff. de legib. l.* 5. *C. eod. l.* 6. §. 1. *ff. de verb. ſignif. c. conſuetudo diſtinct.* 1. *c. un. verſ. vt autem. de allodiis.* 2. *F.* 54. Cui conſequens eſt, internam iuris feudalis rationem tacitamque mentem in hac materia præferendam eſſe expreſſæ iuris ciuilis deciſioni. Vult. 2. *F.* 3. *n.* 24. *&* 25. Roſent. *c.* 1. *q.* 15. *n.* 2. *& q.* 16. *num.* 8. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 78. *in fin. adde c.* 1. *in fin. an mut. vel alit. imperfect.* 2. F. 36. An idem dicendum de ſimili conſuetudinis feudalis? Non puto. Mynſ. 5. *obſ.* 76. *n.* 9. Guer. Piſo *in prælud. feud. c.* 7. *n.* 5. Roſent. *d. q.* 16. vbi eos, qui diſſentire videntur, commemorat. Simile tamen conſuetudinis feudalis præualet ſimili iuris ciuilis. Mynſ. *d. obſ.* 76. *num.* 7. Schrad. *p.* 1. *q.* 3. *num.* 20. Roſent. *d. c.* 1. *q.* 17. & ſimile conſuetudinis ſpecialis ſimili conſuetudinis generalis. Vult. 2. *F.* 3. *n.* 24. *&* 25. Weſ. *c.* 17. *n.* 14. De interpretatione, quam admittit ius feudale, vide Schrad. *p.* 1. *q.* 5. & Roſent. *c.* 1. *q.* 5. *& q.* 18. *n.* 5.

## II.

Eſt autem Feudum *a* (a fide, quæ Italis & Longobardis fede vocatur, dictum *b*) ius *c* in re aliqua *d* ſub lege mutuæ *e* fidelitatis *f* conſtitutum *g*.

a) Quod & beneficium nominatur. *tit.* 1. §. 2. *&* 4. *tit.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *&* 24. *lib.* 1. *tit.* 1. §. *fin. tit.* 9. *in pr. &* §. 1. *tit.* 10. *& lib.* 2. [Cuius vocis vſus, longe antiquior fuit quam ipſius feudi, prout ex LL. Longobardicis, Capitular. Carol. M. & ſeqq. Impp. patet. Dn. Eyben *c.* 1. §. 12.] non quidem gratuitum, ſed ob cauſſam datum. Roſent. *c.* 1. *q.* 2. Fichard. *conſ.* 9. *n.* 20. *vol.* 2. *per l.* 3. *ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand. l.* 1. *ff. de donation. t. t. C. De donation. ob cauſ. c.* 1. *cum not. ibid. de feud. dato in vic. leg. commiſ.* 1. F. 27. *c.* 1. *verſ. huius autem. in quib. cauſ. feud. amitt.* 2. F. 23. confer Matt. Coler. *deciſ.* 14. *n.* 11. Eaque appellatio olim frequentior fuit quam feudi. vide Marquard. Freherum, *in conſtitut. Caroli III. de feud. verb. feudo ſuo.* Andr. Knich. *de iure territ. c.* 1. *n.* 168. Rittershuſ. 1. F. 1. *q.* 12. (vbi antiquitatem vocis Feudi ex d. Caroli Craſſi conſtitutione probare ſatagunt: At longe vetuſtius eius extat monumentum in conſtitutione Imp. Lotharii I. *c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt.* 1. F. 21.) Germanis dicitur ein

Lehen/

Lehen/ non a voce Leut/ ſeu à Leudis ſiue Leodibus, *vt opinatur* Cuiac. *de feud. lib.* 1. *in princ. eumq; ſecutus* Borcholt. *c.* 2. *n.* 12. & Iacob. Kleiſt. *in proleg. concluſ. feud. pag.* 10. ſed a verbo Leyhen/ ſeu ( vt habet Saxonica lingua ) Lehnen/ quo ſignificamus conceſſionem rei ad vſum aliquem. Pet. Heig. 1. *q.* 2. *n.* 68. Rittersh. *d. c.* 1. *q.* 14. Roſent. *c.* 6. *q.* 29. *n.* 10. [ Ludwel. *c.* 1. *p.* 23. ] Quærunt interpretes, an & feudum, Priuilegium ( quod ſtrictam deſiderat interpretationem. Cui. 1. F. 12. Bod. *de Rep. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 296. *f.* 472. Carol. Tapia *ad rubr. ff. de conſt. Prin. c.* 6. *n.* 1. & *ſeq.* Crav. *conſ.* 828. *num.* 18. *vol.* 5. *arg. l.* 35. *C. de inoffic. teſt. l.* 2. §. *merito ff. ne quid in loc. publ. l.* 14. *l.* 16. *ff. de legib.* ) dici poſſit? Et concludunt, regulariter quidem priuilegium dicendum non eſſe: niſi tamen a Principe concedatur contra naturam feudorum, veluti, vt fœminæ in feudum ſuccedant, vt dominium directum in accipientem tranſeat; vt in re mobili conſiſtat, &c. Curt. Iun. *p.* 1. *q.* 11. *n.* 2. Piſo *in prælud. feud. c.* 13. Ioan. Borcholt. *c.* 1. *n.* 8. Roſent. *c.* 1. *q.* 7. *n.* 3. & 4. & *c.* 7. *q.* 42. *n.* 8. & 27. quam ipſorum declarationem non vsquequaque probo. Vide Alex. Raudenſ. *de analog. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 55. & *ſeqq.* Burſat. *conſ.* 131. *n.* 74. *lib.* 2. Per metonymiam feudum nonnunquam etiam Gratia vocatur. Zaſ. *p.* 1. *num.* 4. Piſo *in prælud. feud. c.* 12. Roſent. *d. q.* 7. *n.* 2. *vide hunc eundem c.* 2. *q.* 72. *n.* 6. & *q.* 75. *in fin.* & *confer* M. Ant. Peregrin. *conſ.* 25. *n.* 7. & 8. *lib.* 1. Opponitur autem feudo Allodium. *c.* 1. *in fin. de eo, qui ſibi vel hered. ſuis.* 2. F. 17. *c.* 1. §. 1. *ſi de feud. defunct. crntent. ſit.* 2. F. 26. Vult. 1. F. 12. *n.* 11. *in fin.* Intrigl. *de feud. cent.* 1. *q.* 43. *n.* 1. Pruckman. *conſ.* 48. *n.* 138. *lib.* 1. [ Eſt tamen quidam Io. Cowellus qui vocem feudi etiam allodium denotare exiſtimat, quem vero recte reiicit Dn. Eyben *Elect. feud. c.* 2. §. 1. Interim vero nomine feudi ſolaris ſolet venire vox allodii Dn. Eyben *d. tr. c.* 6. §. 7. Ill. Dn. de Rhetz *in Comm. p.* 44. Conf. Dn. Fritſch. *diſſ. de feud. ſolar.* ] ſed non ſoli feudo. *d. c.* 1. §. 1. *ſi de feud. defunct. cont. ſit.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 68. *n.* 1. & 2. Cuiac. 8. *obſ.* 14. Andr. Knich. *de iure territ. c.* 1. *n.* 120. (Diſſen. Tiber. Decian. *reſp.* 19. *n.* 193. & *ſeq. vol.* 3. *cui adſtipulari videtur* Schrad. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 61.) Eſt enim Allodium ſeu Allode proprietas, quæ a nullo recognoſcitur. Maſcard. *de probation. vol.* 1. *concluſ.* 79. *n.* 1. 2. 3. 5. Vincent. de Franchis *deciſ.* 131. *n.* 11. Duaren. *de feud. c.* 21. *n.* 9. & 10. Io. Petr. Surd. *conſ.* 384. *n.* 21. *lib.* 3. Pruckman. *conſ.* 27. *n.* 199. *lib.* 1. Vnde & ſimpliciter proprietas dicitur, item proprium, hereditas, & patrimonium. *vt* 1. *F.* 4. §. 2. & *lib.* 2. *tit.* 29. 42. 44. *verſ. profecto ſi domini. tit.* 45. & 51. §. *ſi contentio.* Cuiac. 2. *F.* 17. Nobis, ein frey Erbgut. Schneid. *de feud. p.* 1. *n.* 69. Nomen habet Al-

lodium ab (All) id eſt omne, & (Oede) quod maioribus noſtris hereditatem, patrimonium, bona ſiue agros ſignificabat: Vnde Kleinodia vocantur bona hereditaria pretioſiora & ſubtiliora: Einöde/ eremus, vel locus aliquis incultus: & allode res quæ plane in noſtra eſt poteſtate. Petr. Frider. Mindan. *de mand. iudic. lib. 2. c.* 42. *n.* 3. [Struu. *c.* 2. *th. fin. n.* 2.] Diſſen. *Dd. varie.* Quidam allodium dici volunt, quaſi aliunde non recognitum. Surd. *deciſ.* 177. *n.* 5. *& conſ.* 15. *n.* 11. *lib.* 1. Tiber. Decian. *d. reſp.* 19. *n.* 193. *vol.* 3. Alii quaſi alaudium ab (a) priuandi particula, & (laudo) eo quod allodium optima conditione optimoque iure teneatur, eiusque (ius dominicum quod attinet. Aliud enim dicendum de ſuperioritate & iurisdictione) nullum hominem, præter nos ipſos, patronum ac dominum laudemus. Carol. Molin. *d.* §. 68. *n.* 1. Oldend. *claſſ.* 5. *tit. de actionib. benefic. pag.* (*mihi*) 929. Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 5. *c.* 7. [Rittershuſ. *Synopſ. iur. feud. D.* 1. *th.* 26.] Alii, qauſi ſine lode, quod eius poſſeſſores nullius ſint Leodes ſiue Leudes, hoc eſt, homines ſeu vaſalli. Cuiac. *de feud. lib. in princ. & lib.* 2. *tit.* 17. Dionyſ. Goth. *ad rubr. de allod.* 2. *F.* 54. Borcholt. *de feud. c.* 2. *n.* 13. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *in princ. f.* 168. Pruckman. *conſ.* 28. *num.* 32. *lib.* 1. Alii aliunde deducunt quorum coniecturas vide apud Rittershuſ. 1. *F.* 2. *q.* 19. & P. Gregor. *in ſyntagm. iur. vniu. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 4. 5. 6. [Dn. Coccei. *Hypomn. t.* 1. §. 2. vbi ab a & liud/ quaſi ſine hominio & fidelitate, deriuat.] Illud ex Molinæo *d.* §. 68. *n.* 3. obiter notandum, allodium Gallis duplex eſſe, nobile (freye Ritter- oder adeliche Erb-Güter) & paganicum (Bürger oder Bauren Güter.) Quæ diſtinctio etiam apud Nos viget: eiusque vſus potiſſimum conſpicitur in priuilegiis & immunitatibus. Vnde elegans quæſtio: An bona paganica, quæ Nobiles a ciuibus vel ruſticis ſibi comparant, allodii nobilis ius & naturam induere cenſeantur? Verior eſt negantium opinio. Andr. Knich. *in tract. de pact. veſtitur. lib.* 2. *c.* 3. *a num.* 88. *vsq. ad fin.* quæ & ordinatione illuſtrisſimorum Haſſiæ Principum eſt confirmata.

b) Obertus Hortenſius *in c.* 1. §. *vlt. per quos fiat inveſt.* 2. *F.* 3. Ioan. Garſ. *in tract. de expenſ. c.* 12. *num.* 30. & 31. Roſenth. *de feud. c.* 1. *q.* 6. *n.* 3. [Struu. *Cap.* 1. *th.* 1. *n.* 3. Carpz. *Diſp. feud.* 1. *th.* 24. Ludwel. *Syn. c.* 2. *p.* 21. Hanneton. *de Iure feud. l.* 1. *c.* 2. § 3. Dn. Cocceius *dict. tit.* 1. §. 1.] Diſſent. Hotom. *feud. diſp. c.* 1. Rittershuſ. 1. *F.* 1. *q.* 12.) Quidam a fœdere feudum deriuant. Zaſ. *p.* 1. *n.* 2. & *ad l.* 2. *in princ. n.* 22. *ff. de orig. iur.* Valaſc. *de iure emphyt. q.* 38. *n.* 1. Petr. Heig. 1. *q.* 2. *n.* 69. [Borcholt. *de feud. c.* 1. *num.* 2.] qui non longe abſunt ab Oberto, ſi & fœdus a fide dictum, vt putant nonnulli,

nulli, eo quod fœdera fidei publicæ ſanciendæ cauſa ineuntur, & Ennius, Varrone teſte, pro (fœdus) dixit (fidus) Forcatul. *de feud. c.* 2. *n.* 10. Bodin. *de Repub. lib.* 5. *c.* 6. *in princ.* Alii non inepte quoque a Germano-Longobardico (faida ſiue feida) quod hoſtilitatem ſiue bellum ſignificat, feudi nomen deducunt. Ferrar. Montan. 1. *F.* 1. P. Gregor. *in ſyntagm. iuris vniu. lib.* 6. *c.* 2. *num.* 2. Alii a verbo Germanico (Füden) quod eſt paſcere vel alere. Beuſt. *ad l. admonendi. num.* 874. *ff. de iureiur.* Rittershuſ. *d. q.* 12. [Alii a *fe* & *od.* Itterus *de feud. Imp. c.* 2. §. 9. Bœclerus *ad* Grot. *de I. B. & P. l.* 2. *c.* 7. §. 20. *p.* 328.] Alii aliunde. *vide* Petr. Heig. *d. q.* 2. *n.* 66. Borch. *de feud. c.* 1. *num.* 1. 2. 3. 4. 5. [Ludwel. *c.* 2. *p.* 21. Dn. Eyben *c.* 1. §. 8. *ſeq.*] Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *in prin.* vbi ſcribit, nomen feudi collectum eſſe ex literis initialibus verborum: (Fidelis Ero Domino Vero Meo,) quam olim formulam iuramenti fidelitatis fuiſſe perhibet.

c) Feudum eſt nomen æquiuocum. Alexand. Raudenſ. *de analog. l.* 1. *c.* 34. *in princ.* Vſurpatur enim (I.) pro re feudali. *c.* 1. §. *fin. ſi de inueſt. feud. controu. fuer.* 1. *F.* 4. *c.* 1. §. *e contrario. de inueſt. de re alien. fact.* 2. *F.* 8. *c.* 1. *verſ. ſi vero. ibi: feudum malo ordine intrauit. de milit. vaſal. qui contum. eſt.* 2. *F.* 22. *inter filiam. ibi: filiam in poſſeſſione feudi manere debere, &c. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. content. ſit.* 2. *F.* 26. *c.* 1. §. *ſi vaſallus. hic fin. lex.* 2. *F.* 28. II. Pro contractu, per quem vaſallo ius in re conſtituitur. *c.* 1. *ibi: per feudum inueſtitum. de vſu Mediolan.* 1. *F.* 28. *c.* 1. *in princ. &* §. 1. *ibi: per feudum tamen cuilibet dari poteſt. per quos fiat inveſt.* 2. *F.* 3. *c.* 1. *verſ. ſi vero. qualiter olim pot. feud. alien.* 2. *F.* 9. *c.* 1. *ibi: per feudum inueſtituram accepiſſe de controu. inter epiſc. & vaſal.* 2. *F.* 20. Fichard. *conſ.* 8. *n.* 14. *conſ.* 9. *n.* 19. & *conſ.* 13. *num.* 3. *vol.* 2. Modeſtin. Piſt. *conſ.* 9. *n.* 4. *vol.* 1. Euerhard. Iun. *conſ.* 15. *num.* 2. *vol.* 1. & *conſ.* 3. *num.* 22. *vol.* 2. Alex. Raudenſ. *conſ.* 60. *n.* 29. *vol.* 1. (Diſſ. Hotoman. 6. *obſ.* 7. & Fachin. 7. *controu. iur.* 1. qui feudum contractum eſſe negant, late refutati a Conrado Rittershuſ. 1. *F.* 3. *q.* 5. *vide in extraordin. tit.* 71. *ibi: niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes. & tit.* 87. *ibi: in beneficiis vt in cæteris contractibus.*) III. Pro ipſo iure in re feudali per contractum conſtituto: *c.* 1. *quib. mod. feud. conſtit.* 1. *F.* 25. *c.* 1. §. *fin. de feud. cognit.* 2. *F.* 1. *&c. vide* Roſenth. *c.* 1. *q.* 6. *n.* 11. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in prin. n.* 115. quomodo in definitione quoque noſtra accipitur. [Dn. Horn. *Exerc. feud.* 2. *th.* 7. vid. Dn. Eyben *c.* 2.] Et quidem plerumque ius eſt dominii poſſeſſionis. Ioan. Gœd. *ad. d. l.* 25. *num.* 7. *ff. de verb. ſignif. arg. c.* 1. §. *fin. iunct.* §. *rei autem. &* §. *e contrario. cum ibi not. de inueſt. de re alien. fact.* 2.

*F.* 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0025-9

F. 8. c. vn. de controu. inter vaſal. & al. de benef. 2. F. 43. confer l. 115. ff. de verb. ſignif. cum ibi not. a Gœd. & a Barnaba Briſſonio 4. ſelect. antiq. 1. l. 15. §. 3. (quem perperam emendant Cuiac. 10. obſ. 32. & Borch. in tract. de acq. poſſ. c. 6. num. 26.) ff. qui ſatisd. cog. l. 2. l. 4. l. 12. C. de fund. patrim. lib. 11. l. 5. in fin. C. de diuerſ. præd. vrban. & ruſt. l. fin. C. de cenſib. & cenſitorib. l. 1. l. 8. l. 11. C. de omni agro deſ. l. 1. C. de fund. rei priu. eod. lib. 11. l. 1. ibi: dominium poſſesſionis. C. Greg. ſi ſub alter. nom. res exempt. fuer. l. 2. ibi: dominium tantum poſſesſionis. C. Theodoſ. de matern. bon. l. 3. verb. poſſesſionem. (cum notatis ab Ant. Fabro de errorib. pragm. decad. 21. err. 1. & a Vult. ad princ. Inſt. de bon. poſſ. n. 7. verſ. hereditas. ex l. 1. vbi Dionyſ. Gothof. ff. eod. tit.) ff. ſi vſusfr. pet. Cuiac. in paratit. de acquir. rer. dom. & 10. obſ. 16. ſeu (vt nonnulli loquuntur eodem ſenſu: tametſi alibi ſæpe etiam aliter vſurpetur. vide c. abbate. ibi: iure dominii vel quaſi. iunct. gloſ. de ſentent. & re iudic. in 6. Aluar. Valaſc. de iure emphyt. q. 13. n. 7.) quaſi dominii. d. c. 1. §. rei autem. ibiq; Dionyſ. Gothofr. de inueſt. de re alien. fact. Vult. 1. F. 10. n. 18. Duaren. c. 2. num. 2. quod tam in Scholis, quam in Camera Imperiali aliisque iudiciis Vtile appellari conſueuit, inſuper habita quorundam de diſtinctione dominii directi & vtilis logomachia: quia res ipſa non abhorret a iure noſtro. Roſenth. de feud. c. 1. q. 6. num. 2. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 2. §. 78. gloſ. 4. n. 5. Hotoman. in diſput. feud. c. 33. 34. 35. & ad tit. 8. §. fin. Gœd. ad l. 27. n. 18. ff. de verb. ſignif. Coraſ. 6. miſcel. 20. n. 2. Ioan. Robert. 3. ſentent. iur. 18. in fin. Petr. Heig. ad rubr. Inſt. de rer. diuiſ. n. 21. & ſeq. Knich. de pact. veſt. lib. 2. c. 1. num. 9. & ſeq. Alex. Raudenſ. in tract. de analog. lib. 1. c. 5. n. 5. Chriſtian. Barth. in ſelect. Cam. Imp. ſentent. dat. 13. Octobr. an. 1557. part. 3. fol. 825. D. (Diſſ. Cuiac. 11. obſ. 35. & lib. 1. feud. in pr. & tit. 5. & lib. 2. tit. 8. Eguin. Baro lib. 4. de benefic. c. 7. Borch. de feud. c. 1. num. 15. Petr. Gilken. in prælud. tit. de rerum diuiſ. & acq. earum domin. n. 43. cum ſeqq.) Obertus in c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt. 2. F. 23. Vſumfructum vocat, intelligens non illum ſimplicem, de quo in tit. D. C. & I. de vſufruct. ſed plenisſimum, qualem etiam habent emphyteuta, ſuperficiarius & ſimiles. Hotom. in diſputat. feud. c. 34. & 35. & ad c. 1. §. e contrario. de inueſt. de re alien. fact. Piſo. in prælud. feud. c. 21. n. 27. Cuiac. lib. 1. feud. in princ. & tit. 5. Andr. Gail. 2. obſ. 155. n. 5. Zaſ. conſ. 12. n. 28. cum ſeq. vol. 1. Ioan. Vincent. Honded. conſ. 86. n. 24. & ſeqq. vol. 2. id quod particula (Quidam) definitioni ſuæ inſerta ſubtiliter innuit Vult. 1. F. 2. n. 9. vide Rodolphum Goclenium in Log. append. 2. de ratione defin. part. 2. can. 9. conſect. 4. except. 1. & Epiſtolas d. appendici. ſubi. p. 128.

[Wurm-

[Wurmſer. *de feud. Impropr. claſſ. 1. ſ. 2. n. 5.* Ludwel. *p. 27.* Inde vt omnis
tollatur difficultas, alii feudum per dominium vtile, accuratius definiunt.
Struv. *c. 2. th. 3. n. 4.*] Placuit tamen etiam ita conſtitui poſſe feudum, vt
ſimplex tantum vſusfructus, aut ius quoddam ſimile in accipientem tranſeat.
Zaſ. *de feud. p. vlt. n. 33.* Schrad. *p. 3. c. 2. num. 13.* Roſenth. *c. 2. q. 58. n. 4.*
*&* 5. Hanneton. *lib. 4. c. 6.* Piſo *in prælud. feud. c. 25. n. 1. confer. c. 1. §. 1. de*
*his qui feud. dare poſſ. 1. F. 1. c. vn. de condit. feud. non impl. 2. F. 75. c. vn. de*
*feud. habitation. 2. F. 105. iunct. §. pen. Inſt. de vſu & habitation. c. 1. in fin.*
*quis dicatur dux. 2. F. 10. iunct. l. 22. l. 35. ff. de vſu & vſufr. leg.* Schneid. *de*
*feud. p. 1. n. 52.* Petr. Ant. de Petra *in tract. de poteſt. Princip. c. 32. q. 3. n. 151.*
*f. 545.* Quin & vt plena in eum transferatur proprietas, ſaluo iure domi-
nico quoad fidelitatem, ſeruitia, auctoramentum & huiusmodi alia. Schrad.
*p. 2. c. 2. num. 29. 30. 31. & 50. & p. 3. c. 2. n. 13.* Roſenth. *d. q. 58. n. 1.* Duaren.
*c. 2. n. 8.* Surd. *deciſ. 288. n. 24.* Ludov. Fachſ. *inter conſilia* Modeſtin. Piſt.
*conſ. 11. n. 8. &* 11. *vol.* 2. *fol. 85.* (Diſſen. Carol. Tapia *ad l. fin. ff. de conſtit.*
*Princip. p. 1. c. 1. n.* 27. Rittershuſ. *1. F. 11. q.* 1. Abbas *conſ. 62. n.* 18. Everhard.
Iun. *conſ. 10. n. 40. vol. 2.* vide Piſonem Soac. *latè diſſerentem in prælud. feud.*
*c. 20. per tot.*) [Dubium tamen an non præualeat diſſentientium opinio, cum
reſeruatio dominii directi videatur de eſſentia feudi. Conf. Dn. Coc-
ceius *in Hypomn. tit. 1. §. 4.*] qualia eſſe perhibentur feuda Siciliæ, Zaſ.
*de feud. p. 12. n. 33.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *num.* 115. Quod
enim Interpretes feudum ſpeciem quandam ſeruitutis (quæ conſiſtere non
ſolet, niſi in re aliena *l. 5. ff. ſi vſusfr. pet. l.* 26. *ff. de ſeruit. vrb. præd.*) conti-
nere dicunt, id tantum fit analogice, vt apparet ex iis, quæ tradit Roſenth.
*de feud. c.* 1. *q. 7. n. 5. 6. & 7.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *gloſ. 5. n.* 1. *&* 2.
*&* Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c. 9. n.* 113. *f.* 177. [Eſt tamen vera ſpecies dominii
vtilis, vti probat. Struv. *d. c. 2. th. 3. n. 4.* Cuius indoles eſt, vt contradiſtin-
guatur dominio directo; & vt in re aliena conſiſtat.] Porro feudum (IV.)
etiam pro iure dominico ipſius domini directi poni videtur *in c.* 1. *§. ex ea-*
*dem lege. ibiq; not.* Aluarot. Schenck. Baro *& Dd. de lege Corradi.* 2. *F. 34.*
*c.* 1. *§. vlt. in fin. qual. olim. pot. feud. alien.* 2. *F. 9. c. imperialem. §. præterea*
*ducatus. in fin. de prohib. feud. alien. per Frideric.* 2. *F. 55.* Cuiac. 1. *L.* 22.
Roſent. *c. 9. q. 62. num.* 2.

d) Immobili vel æquipollente tantum, ex iure communi feudorum.
*c.* 1. *§. fin. de feudi cognit.* 2. *F.* 1. *iunct. c.* 1. *in fin. in quib. cauſ. feud. amitt.* 2.
*F.* 23. Roſenth. *c. 4. q. 7.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *§.* 1. *gloſ. 5. in princ.*
Matt. Colerus *deciſ. 94. n. 6. & ſeqq. vbi hanc ſententiam vſu ſeruari teſta-*

*tur.* Ioan. Köppen *deciſ.* 18. *n.* 1. & 2, Lud. Fachſ. *poſt vol.* 2. Modeſtin. Piſt. *conſ.* 10. *n.* 5. Erneſt. Cothman. *conſ.* 2. *n.* 327. & *ſeq.* & *conſ.* 29. *n.* 75. *cum ſeqq.* Pruckman. *conſ.* 28. *n.* 33. & *ſeqq.* [ Struv. *c.* 2. *th.* 3. *n.* 5. Ludw. *c.* 2. *p.* 28. Bitſch. *ad* 2. *F.* 1. §. *ſciendum.* Gudelin. *de Jur. Feud. P.* 1. *c.* 1. *num.* 15.] Diſſ. Matt. de Afflict. *in d. c.* 1. §. *ſciendum. n.* 8. *de feud. cognit.* Moz. *de feud. c.* 4. *n.* 17. *verſ. tertio fallit.* Hotoman. 2. F. 25. §. 1. & *in diſp. feud. c.* 16. *p.* 90. Henric. Bocer. *claſ.* 4. *diſp.* 13. *n.* 21. & *diſp.* 13. *n.* 21. & *diſp.* 14. *num.* 31. ex conſuetudine vero in nonnullis Germaniæ prouinciis receptâ etiam in pecunia numerata. Frideric. Pruckman. *conſ.* 48. *num.* 130. præſertim in Electoratu Brandeburgenſi. Ioan. Köppen. *d. deciſ.* 18. *n.* 13. Pruckman. *d. conſ.* 48. *n.* 131. & *conſ.* 50. *n.* 516. *in fin.* Erneſt. Cothman. *conſ.* 48. *a n.* 17. *vsq; ad n.* 29. [ Scheplitz. *ad Conſuet. Marchic. tit.* 25. §. 4. *n.* 4. *ſeqq.* ] Confer Dan. Mollerum *ad conſtit. prouinc. Saxon. p.* 2. *c.* 30. *n.* 5. 6. 7. Reinhard. *diff.* 26. *iuris ciu.* & *Saxon. part.* 3. Weſ. *conſ.* 79. *n.* 18. [Carpz. *P.* 3. *C* 30. *d.* 10.]

e) *c.* 1. *in fin. de form. fidel.* 2. *F.* 6. *c.* 1. §. *domino. ſi de feud. defunct. content. ſit.* 2. *F.* 26. *c.* 1. §. *in quibus etiam. de conſuet. recti feud.* 2. *F.* 33. *c. vn. qual. domin. propriet. feud. priu.* 2. *F.* 47. *c.* 1. *in fine princ. de notis feud.* 2. *F.* 58. De vaſalli quidem fidelitate in conſtitutione feudi palam & principaliter tractatur; de fide vero domini tacite & in conſequentiam quandam. *d. tit.* 6. *in fin. atq; ibi Dd.* Roſenth. *c.* 1. *q.* 2. *n.* 9. *vide* Andr. Knich. *de pact. veſt. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 151. *cum multis ſeq.* Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 68. *f.* 106. Mynſ. *decad.* 11. *reſp.* 7. *num.* 2. & *ſeqq.* [ Conſiſtit autem vaſalli fides in *ſerviendo*, Domini autem fides in *defendendo* & protegendo.] Interdum tamen exoptata domini fides occaſionem feudis præbet, & hactenus in primam venit conſiderationem: veluti cum quis maioris tuitionis cauſſa allodium ſuum a potentiore in feudum recognoſcit. Gail. 2. *obſ.* 158. *num.* 1. Roſenth. *de feud. c.* 2. *q.* 24. *in princ.* Knich. *de iure territ. c.* 1. *n.* 205. [ vid. infra *diſp.* 3. *th.* 3. *lit. d.* ]

f) Fidelitas ſæpe capitur pro iuramento fidelitatis, quo quis ad fidem præſtandam ſancte ſe obligat, *vt lib.* 2. *F. tit.* 3. §. *vlt. in fin. tit.* 4. 6. 7. §. *fin. tit.* 24. §. *eſt* & *alia. tit.* 26. §. *omnes.* §. *minori.* & §. *ſi deceſſerit,* &c. quæ fidelitas non eſt mutua; ſed a ſolo vaſallo præſtatur. *c.* 1. *in fin. ibiq; Dd. de form. fidel.* 2. *F.* 7. Ritterſhuſ. 1. *F.* 10. *q.* 12. Coraſ. *in cent. Senatusc. Curiæ Toloſan. c.* 76. (Diſſent. gloſſ. *ad c. imperialem. in fin. verb. ſacramento. de prohib. feud. alien. per Frideric.*) eademque remitti poteſt citra feudi dipendium. *c.* 1. §. *vlt. in fin. per quos fiat inueſt.* 2. *F.* 3. §. 1. §. *eſt* & *alia in fin. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* 2. *F.* 24. *c. vn. in fin. qual. domin. propriet. feud.*

*feud.priu.* 2. F. 47. *c.vn.ibi* Cuiac. & Gothofr. *de fidel.* 2. *F.* 76. Vult. 1. *F.* 6. *num.* 8. Menoch. *conſ.* 845. *n.* 57. [Cöppen *Obſeru.feud.* 1. *num.* 10. *ſeqq.* Knichen. *de pact.veſt.p.* 1. *n.* 58.] Nobis autem in definitione fidelitas ſignificat ipſam, quæ promittitur, fidem, tutelam ſeu clientelam feudalem, *d. §. fin.per quos fiat inueſt.c.vn.qual.iurare deb. vaſal.dom.fid.* 2. *F.* 5. *c.* 1. *de form. fidel.* 2. *F.* 6. *c.* 1. *de noua form. fidel.* 2. F. 7. *c.vn. in fin. de controu. feud.apud pares termin.* 2. F. 16. Vult. *d. c.* 6. *num.* 3. & hæc fidelitas. (Non item Seruitia. Ea enim ad eſſentiam feudi neceſſaria non ſunt. *c.* 1. *in f. quis dic. dux.* 2. F. 10. *c.* 1. *in fine princ. caſ. quib. fœm. in feud. ſucced.* 2. F. 104. Alexand. Raudenſ. *reſp.* 1. *n.* 267. *lib.* 2. Martin. Vran. *conſ.* 9. *num.* 10. *vol.* 1. Knich. *de pact.veſtitur.p.* 2. *c.* 5. *n.* 20. *cum ſeqq.* Vult. 1. F. 6. *num.* 13. vbi refert diſſentientes) innexa iuri, de quo dictum, in re conſtituto eſt forma feudi, [ſed non ſola nam duo ſuperſunt requiſita ad formam eſſentialem, ſc. conceſſio vtilitatis, & reſeruatio dominii directi. Dn. Cocceius *in Hypomn. tit.* 1. §. 4.] per quam feudum eſt, & a cæteris cognatorum iurium ac negotiorum ſpeciebus potiſſimum diſcernitur. Vult. 1. F. 2. *num.* 9. & *c.* 6. *n.* 1. 8. *verſ. quatenus autem fidelitas num.* 9. 10. 11. & *c.* 12. *num.* 2. Roſenth. *de feud. c.* 2. *q.* 57. Knich. *in tract. de iure territ. c.* 1. *n.* 146. & *de pact.veſt.p.* 1. *c.* 3. *n.* 250. & *p.* 2. *c.* 5. *n.* 17. & 25. Molin. *in conſuet. Pariſ.* 1. *in princ. n.* 114. Tiber. Decian. *reſp.* 19. *n.* 202. & *ſeq. vol.* 3. Peregrin. *conſ.* 4. *n.* 39. & *conſ.* 16. *num.* 14. *lib.* 1. [Dn. Eyben *c.* 2. §. 5.] In quibus vero ſigillatim differat feudum ab emphyteuſi, iure ſuperficiario, iure quod habet maritus in re dotali, ab vſufructu ſimplici, a fideicommiſſo, maioratu, iure clientelari, a cenſuali contractu & ſimilibus, exponunt Vult. 1. F. 12. *per tot.* Hotom. *in diſp. feudal. c.* 34. & 35. Borch. *de feud. c.* 3. *per tot.* Rittershuſ. 1. F. 2. *per tot.* [Dn. Horn. *Exerc.feud.* 2. *th.* 18. *multisq; ſeqq.* Struv. *c.* 2. *th.* 10. *n.* 1. *ſeq.* Haunold. *de I. & I. tract.* 9. *c.* 5. *controu.* 1.]

g) Henric. Bocer. *claſſ.* 4. *diſp.* 11. *num.* 8. Definitionem Oberti plerisque probatam Interpretibus vide *in c.* 1. *in f. in quib. cauſ.feud. amitt.* 2. *F.* 23. quam cum aliis variorum Feudiſtarum definitionibus doctiſſime examinat. Vult. 1. F. 2. *per tot. confer.* Roſenth. *c.* 1. *q.* 1. 2. 3.

III.

Diuiſiones feudorum a Doctoribus traduntur quam plurimæ. Nos potiores, quibus reliquæ fere omnes continentur, explicabimus. Primò igitur feudum diuiditur in Ligium & Nec ligium *a*. Ligium *b* abſolute & proprie ita

 dictum

dictum, eſt feudum a ſummo Principe *c* datum, conſiſtens *d* in ſuprema *e* accipientis fidelitate *f*. Nec ligium eſt feudum conſiſtens in fidelitate inferiori *g*.

a) Cuiac. 2. F. 7. & 4. *F. 93.* Garſ. *de expenſ. c. 12. n.* 33. & 34. Valaſc. *de iure emphyt. q. 40. n. 15.* Knich. *lib. 2. de pact. veſt. c. 5. num. 78. arg. c. un. de feud. ligio. 2. F. 99. iunct. c. 1. §. f. hic f. lex 2. F. 28.* [ *Clem. Paſtoralis de re iudicat.* ] Diſſent Hotoman. *contra hanc feudi diſtinctionem late diſputans in feud. diſp. c. 7. cuius opinionem amplectitur* Henric. Bocer. *claſſ. 4. diſp.* 14. *num. 40. ab eademq; non videtur alienus* Pet. Heig. *1. q.* 2. *num. 79. 80. 81. & 88.* [Haunolt. *tr. 9. c. 5. contr. 4.* Vult. *c. 8. n.* 22. Molin. *in pr. ad conſuet. Pariſ.* §. 117. Struv. *c.* 3. *th. 9.* refutati a Dn. Eyben *c. 3. §. 8.* Ludw. *c. 3. p. 58.* & Bitſch. *l. 2. tit. 52. c. 2.*]

b) A ligando appellatum per excellentiam: quod videlicet ſub arctiſsimo fidei nexu conferatur. Vult. 1. *F. 8. n.* 20. P. Gregor. *in ſyntagm. iuris univ. lib. 6. c.* 2. *num.* 23. Roſenth. *de feud. c. 2. q. 4. n. 6.* Diſſen. Forcatul. *de feudis c. 3. n. 1.* a lilio inſigni Francorum dictum exiſtimans, eo quod hoc genus feudi e Gallia ſit oriundum, & in Lombardiam cum victore Carolo Magno translatum. [Non vero quod in Germania incognitum ſit, vti vult Th. Michael apud Klock *Relat. Cam.* 26. *n. 50. & 65.* eius enim exempl. habet Londorp. *lib. 6. c.* 10. *n.* 2. & principum imperii feuda ligia eſſe ipſe ſtatuit Cæſar. Furſtener. *de ſupremat. c. 26. ſeqq.* quod ex antiquis inueſtituræ literis probat Dn. Horn. *Diſſ. 3. c. 37.*] Aliter Diſſen. Ioan. Iouian. Pontan. *lib.* 1. *de Ferdinand. I. rege Neapolit. f. 179.* & hunc ſecutus Philip. Camerar. *lib. 1. medit. hiſtoric. c. 6.* qui putant, homines ligios inde denominatos eſſe, quod Reges ligatis pollicibus illos fidei imperiisque ſuis ſic vinciant atq; obnoxios ſtatuant, Ligius autem homo (cum quo non recte a quibusdam confundi videtur Homologus. P. Gregor. *d. c. 2. n.* 25. Diſſen. Cuiac. 2. *F. 7. & 4. F. 93.* Borch. *de feud. c. 4. n.* 23.) multifariam dicitur. I. Proprie abſolute & per prius, qui iureiurando fidelitatis ſummo alicui Principi ſe totum deuouet. Iacobus de Franchis *in prælud. feud. c. 2. num.* 138. Rittersh. 1. *F. 4. q. 10.* Ioan. Saiſon. *in conſuetud. Turonenſ. rubr. hommage. art.* 1. *concl.* 33. Menoch. *conſ.* 2. *num.* 24. & 25. *lib.* 1. Idque vel ratione ſubiectionis & feudi ſimul; vel alterutrius tantum. Priori conſideratione homo Ligius eſt, qui Principi ſummo iurat fidelitatem omnigenam, ſcilicet tam ſubiectionis, quam vaſalliticam: illique opponitur, qui merum feudum a Principe agnoſcit, alteri Principi ſubiectus. Anton. Capycius *deciſ. 162. num.* 11. *cum ſeqq.*

Andr.

Andr. Knich. acceptionem hanc moribus noſtris potisſimum conuenire dicens *in tract. de pact. veſtitur. p. 2. c. 5. n.* 108. *&* 148. *cum ſeq.* Tales ſunt Duces, Principes, Comites ipſius Imperii Rom. vaſalli & ſubiecti. Georg. Obrecht. *diſp. feudal. c. 5. num.* 147. Piſo (poſt Klingium) *in præLud. feud. c. 43. n. 5. in fin.* Knich. *d. c. 5. n.* 123. [Itter. *de feud. Imp. c.* 2. §. 12. Myler. ab Ehrenbach. *de Princip. ſtat. imp. c. 92. n.* 4. Cöppen. *Obſ. 2. n.* 34.] Reſpectu alterutrius tantum homo ligius appellatur; nempe ſubiectionis ſolius, aut ſolius feudi ratione: Subiectionis, inquam, vt ſi Princeps aliquis immediate Imperio ſubiectus ab eodem nullum habet feudum. P. Gregor. *d. c. 2. n. 29.* Knich. *d. c. 5. num. 66.* qualem olim in Imperio fuiſſe ferunt Baronem de Krenckingen, de quo vide lepidam hiſtoriam apud Cruſium *annal. Sweuic. p. 2. lib.* 11. *c.* 18. *fol. 504. ad fin.* inde delibatam ab Andr. Knich. *d. c.* 5. 146. Eorum vero, qui ſolius feudi intuitu homines Ligii ſunt, exempla extant apud Bodinum *de Repub. lib.* 1. *c. 9. num.* 109. *cum multis ſeq. f.* 170. II. Homo ligius dicitur analogice, reſpective ſeu quodammodo & per poſterius, veluti cum quis ſe Principi inferiori, regalem tamen, perpetuam & in heredes tranſitoriam dignitatem habenti, accepto feudo, in ſolidum obligat, ſolo ſuperiore excepto. Roſenth. *d. c. 2. q. 3. n. 3. & 6.* Knich. *d. c. 5. n.* 129. *& ſeq.* Bald. *conſ.* 291. *n* 6. *lib.* 2. Exemplum de duce Niuernenſi refert Ant. Cont. *in method. de feud. rubr. de diuiſ. feud.* alia exempla Principum Germaniæ memorat Bodinus *d. c. 9. n.* 118. *f.* 185. eodemque ſenſu feudi ligii vox vſurpata fuit in caſu Euerhardi Iun. *conſ.* 41. *n.* 125. *&* 183. *ac ſeq. vol.* 1. Vnde tale feudum Baldus non inſcite Subligium vocat *in c. ad audientiam de reſcript. uti ex eo meminit* Iaſon. *in præLud. feud. num.* 107. Sed & a ſummo Principe feudum quoad quid ſeu reſpectiue ligium concedi poſſe, res ipſa clamat, & colligitur ex iis, quæ tradit Bodin. *d. c. 9. n.* 111. *f.* 174. *&* Cuiac. 2. F. 7. III. Appellatur homo ligius καταχρηστικῶς ex conſuetudine Gallicana, etiam is, qui quoad certos quosdam effectus cuiuis domino, etiam priuato, vni aut pluribus ſimul, aliquanto arctius, quam cæteri vaſalli obligatur. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſ. 5. n. 6.* In nonnullis antiquis inueſtituris noſtra lingua conſcriptis ligius homo vocatur Ledig man / non a voce Leiden / id eſt, a patiendo, vt opinatur Roſent. *d. c. 2. q. 4. n. 7.* Sed quod ſe Ledig / hoc eſt, liberum profiteatur ab omni arctiori fidelitatis nexu, ita vt hunc dominum iuuare poſſit aduerſus quemcunque. [Dn. Eyben *c. 3. §. 8.* Vbi plures deriuationes vocis *ligii* adducit.]

c) Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 5. *num. 9.* Cuiac. *lib. 5. feud. ad conſtit. Friderici de feud. non alienand. in fin.* Nicol. Euerhard.

Iun. *conſ.* 41. *n.* 184. *vol.* 1. Feudum igitur vere & abſolute ligium conferre poteſt Imperator noſter. Vult. 1. *F.* 8. *n.* 22. Menoch. *conſ.* 32. *num.* 6. *vol.* 1. quem non dubitamus appellare Monarcham & caput Romani Imperii cum Petr. Heig. 1. *q.* 2. *n.* 21. *& ſeqq.* & Ant. Knich. *de Saxon. non prouoc. iure verb. Ducum Saxoniæ. c.* 1. *a n.* 1. *vsq; ad n.* 39. contra Bodinum *in method. hiſtor. c.* 6. *& de Repub. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 223. *cum ſeqq.* Etſi enim hodiernus Imperii ſtatus merè Monarchicus non eſt; ſed Ariſtrocratia temperatus: præeminet tamen Monarchia & maieſtas Imperatoris ita, vt Monarchæ titulus ipſi merito tribuatur. Diſſentire videtur idem Bodin. *lib.* 2. *de Repub. c.* 1. *num.* 175. & vbi contra Polybium, Dionyſium Halicarnaſſeum, Ciceronem, Thomam Morum, Contarenum & alios prolixe contendit, omnem Reipub. formam ſimplicem eſſe, nec vllam mixtam dari poſſe, quod nouiſſime eleganter refutarunt Nicol. Machiauel. *lib.* 1. *diſput. de Republ. c.* 2. & Vincent. Cabotius *lib.* 2. *diſput. iur. publ. & priu. c.* 4. Vide Herman. Vult. *in epiſt. dedic. commentarii ad tit. C. de iurisd.* Iuſt. Lipſ. *lib.* 2. *politic. c.* 2. *verſ. Et quicquid.* Picolom. *de morib. gradu* 10. *c.* 9. Tiber. Decian. *reſponſ.* 19. *num.* 124. *vol.* 3. Eandem autem poteſtatem concedendi feudi ligii ſibi ſumunt Pontifex Romanus, Rex Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Poloniæ & ſimiles. Schrad. *de feud. p.* 2. *c.* 4. *num.* 1. Piſo *in prælud. feud. c.* 43. *n.* 5. Garſ. *in tract. de expenſ. c.* 12. *num.* 34. Molin. *in conſuetud. Pariſ. d. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 5. *n.* 11. [ item Rex Romanorum & in genere omnis qui non agnoſcit ſuperiorem Itter. *c.* 2. §. 13. Non ergo noſtri Principes Imperii Cöppen. *Obſ.* 1. *n.* 35. quia imperator ſemper exceptus videtur 2. F. 55. *in f.* conf. Ludwel. *c.* 3. *p.* 60. *ſeq.* vbi diſſentientem Niellium *d.* 1. *th.* 9. *lit. B.* refellit.]

d) Non eſt autem neceſſe, vt in conſtitutione huius feudi expreſſe dicatur, quod ligium eſſe debeat; ſed ſufficit, ex tenore inueſtituræ, aut ex formula iuramenti cauſſæque circumſtantiis id percipi poſſe. Tiraquel. *de retract. municip.* §. 32. *gloſ. vnic. n.* 35. *in fin.* Schrad. *de feud. p.* 2. *c.* 4. *n.* 2. 3. 4. 5. Roſenth. *c.* 2. *q.* 3. *num.* 8. Knich. *de pact. veſt. p.* 2. *c.* 5. *n.* 88. *cum ſeqq.* Fulv. Pacian. *de probation. lib.* 2. *c.* 37. *num.* 32. *&* 35. [ Itter. *de feud. Imp. c.* 2. §. 12. Ludw. *d. p.* 160. ] Diſſen. Andr. Gail. *de arreſt. Imp. c.* 6. *n.* 30. Clarius *in* §. *feudum q.* 11. *num.* 1. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 8. Alex. Raudenſ. *reſp.* 2. *n.* 324. *vol.* 2.

e) Supremam fidelitatem voco, qua par aut maior vlli homini ab eodem deberi nequit. Vaſallus enim ligius domino iurat fidelitatem contra omnem hominem, nullo antepoſito, hoc eſt, nullo excepto, *c.* 1. §. *ſatis bene de probib. feud. alien. per Lothar.* 2. F. 52. (quem tamen §. Cuiacius 4. F. 93. exiſti-

exiſtimat perperam referri inter Lotharii conſtitutiones, cum ſit Iuriſperiti alicuius, & pro verbo *Sancimus* ſubſtituit *Dicimus.* Sed & Hotomannus *ad d. tit.* 52. eundem cenſet adulterinum. Vterque male, vt nobis quidem videtur.) *c. vn. de feud. lig.* 2. F. *99.* Garſ. *de expenſ. c.* 12. *n.* 34. Hartman. Piſt. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 47. *n.* 45. & 46. Roland. a Valle *conſ.* 44. *n.* 2. *vol.* 2. Nicol. Euerhard. Iun. *conſ.* 41. *num.* 183. *vol.* 1. Noſtra lingua dicimus. Daß ſich der Lehenmann will gebrauchen laſſen wider Männiglichen / niemand ausgeſchloſſen. Ioan. Schneid. *de feud. p.* 1. *num.* 42. Idque vsque adeo verum eſt, vt ne quidem Pontificem Romanum excipiendum arbitremur cum Vult. 1. *F. 8. num.* 22. *verſ. Imperatori quidem*, & Ioan. Bodino *lib.* 1. *de Repub. c.* 9. *num.* 114. *fol.* 178. [Ludwel. *p.* 61. vbi ad *C. ex facto Imp.* 2. F. 100. quod obſtare videtur, reſpondet.] Diſſen. *communiter Dd. hosque ſecuti* Curt. Iun. *de feud. p.* 1. *q.* 8. *num.* 23. & Guerin. Piſo *in prælud. feud. c.* 43. *n.* 5.) [Nec patrem; Diſſ. Cuiac. *lib.* 4. *feud.* 31. Nec filium aut fratrem Dn. Cocceius *Hypomnem. tit.* 2. §. 10.] Vaſallus enim proprie & abſolute ligius neque ſubiectionis, neque vaſallitica fidelitate vlli alii æque addictus eſſe poteſt, P. Gregor. *in ſyntagm. iuris vniv. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 28. Ioan. Bodin. *d. c.* 9. *f.* 171. Vult. *d. c.* 8. *num.* 22. Vnde quidam inferunt, talem ligiam fidem non cadere, niſi in eum, qui feudi domino *immediate* ſubiicitur. Piſo *in prælud. feud. c.* 43. *num.* 5. *in fin.* Schneid. *d. p.* 1. *n.* 42. Obrecht. *diſp. feudal. c.* 5. *nu.* 145. *cum ſeqq.* quod tamen diſplicet Ioanni Bodino *d. c.* 9. *n.* 109. *f.* 171. & Fuluio Paciano *lib.* 2. *de probation. c.* 37. *nu.* 37. *verſ. Similiter quod attinet*, & *num. ſeq.* modo vaſallus ligius alteri fidem ſubiectionis non ſine exceptione dederit. Sane non dubito, quin qui ligius eſt Imperatoris, nihilo minus alterius Principis in Imperio conſtituti quoad certa bona Landſaſſius eſſe queat & ſubditus, per ea, quæ docte & eleganter tradit And. Gail. *in tract. de arreſt. Imp. c.* 6. *a nu.* 10. *vſq; ad fin.* & Adrian. Gylmann. *rerum in Cam. Imp. iudic. lib.* 1. *deciſ.* 46. *nu.* 39. Knich. *de pact. veſtitur. p.* 2. *c.* 5. *n.* 135. *cum ſeqq.* & P. Frider *proceſſib. in Cam. extrah. l.* 1. *c.* 38. *nu.* 5. Ex præcedentibus conſequitur, fieri non poſſe, vt quis duorum aut plurium vaſallus abſolute ligius exiſtat, *d. c.* 1. §. *ſatis bene, de prohib. feud. alien. per Lothar.* 2. *F.* 52. & *in cap. extraordin. tit.* 93. & 99. Cuiac. 2. *F.* 7. Duaren. *de feud. c.* 4. *num.* 4. Pacian. *d. c.* 37. *n.* 39. Surdus *conſ.* 449. *n.* 50. *lib.* 3. ne quidem conſuetudine. Vult. 1. *F.* 8. *num.* 21. Obrecht. *d. c.* 5. *n.* 151. & *ſeq.* (vbi pro diſſentientibus allegant Guid. Pap. *deciſ.* 310. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. § 1. *gloſ.* 5. *num.* 6. & Menoch. *conſ.* 2. *n.* 26. *lib.* 1. ſed poſſunt hi atque illi inter ſe conciliari, quia ipſe Molin.

lin. *d. loc.* teſtatur, loqui ſe & Guidonem Pap. quos ſecutus eſt Menochius, de feudis reſpectiue tantum & impropriè ligiis, quod idem etiam apparet ex Ant. Cont. *in method. de feud. rubr. de diviſ. feud. pag.* (*mihi*) 14. & *ſeq.* & Pacian. 37. *n.* 42.) nec etiam reſpectu rerum diuerſarum. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 118. *f.* 148. Rittershuſ. 1. F. 4. *q.* 10. Gail. *de arreſt. Imp. c.* 6. *num.* 29. Menoch. *conſ.* 32. *nu.* 8. *lib.* 1. (Diſſent. Ludouic. Roman. *conſ.* 47.) præterquam ex poſt facto, per ſucceſsionem: quo caſu vaſallus duplicem intelligitur ſuſtinere perſonam, *c. vnic. de feud. ligio.* 2. F. 99. Nicol. Intrigliol. *de feud. cent.* 1. *q.* 28. *n.* 11. & 12. Gail. *d. c.* 6. *n.* 30. Vult. *d. c.* 8. *n.* 21. *in fin.* Roſenth. *c.* 2. *q.* 4. *n.* 2. [Et ſic vltimo per ſubſtitutum ſeruire poteſt. Dn. Coccei. *Hypomnem. c.* 2. §. 11. Ludw. *c.* 3. *p.* 61. vnde illud Chriſti; nemo poteſt duobus dominis ſeruire fruſtra obiicit Haunolt. *de I. & I. tr.* 9. *c.* 5. *contr.* 4. *n.* 621.]

f) Formulas ſacramenti ligii, rituumque in hoc ſolenni inueſtiendi actu variorum morem, vide apud Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 114. 116. 118. & 119. *f.* 178. *cum multis ſeq.* Chöppin. *de domanio. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 20. *circa fin.* Philip. Camer. *lib.* 1. *medit. hiſtor. c.* 6. & *lib.* 2. *c.* 59. And. Knich. *de pact. veſtitur. p.* 2. *c.* 5. *n.* 93. & *paſſim in ſeqq. vſq. ad num.* 121. Interpretes huic feudo multa tribuunt ſingularia; quæ tamen ipſorum traditionibus magis nituntur, quam certo iure, certaue iuris ratione. Primo enim hoc feudum eius eſſe naturæ ſcribunt, vt, qui illud accipit, perſonam ſuam principaliter, in conſequentiam vero omnia bona (excepto feudo, quod ab alio domino ante habuit: de qua tamen exceptione vide Roſenth. *de feud. c.* 2. *q.* 3. *ad lit. H.*) etiam allodialia domini iuriſdictioni & poteſtati ſubiiciat. Garſ. *de expenſ. c.* 12. *num.* 33. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 40. *num.* 15. Pacian. *de probation. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 30. 36. & *ſeq.* Molin. *in Conſuet. Pariſ. tit.* 1. § 1. *gloſ.* 5. *n.* 8. Clarus *in* § *feudum, q.* 11. *n.* 1. Cacheran. *deciſ.* 163. *nu.* 5. [Cöppen. *O.* 2. *n.* 35.] a quibus non ſine ratione diuortium fecerunt. Franciſc. Sonsbec. *in tract. de feud. p.* 4. *n.* 26. Piſo. *in prælud. feud. c.* 43. *n.* 14. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 109. *cum ſeqq.* & And. Knich. *de pact. veſtitur. p.* 2. *c.* 5. *num.* 91. & 110. *fac. c. vn. ibi. pro quantitate feudi, de allod.* 2. F. 54. [Ludw. *c.* 3. *p.* 60.] II. Ius cognoſcendi de controuerſia feudi ligii, etiam inter vaſallum & dominium, non Paribus curiæ, vt alias, ſed ſoli domino competere, contendunt. Curt. Iun. *de feud. p.* 1. *q.* 8. *n.* 24. *in fin.* & *n.* 25. Sonsbec. *d. p.* 4. *n.* 26. & Piſo Soac. *d. c.* 43. *n.* 12. contra quos non immerito inſurgunt, Ludolph Schrad. *de feud. p.* 10. *ſect.* 5. *n.* 50. *cum multis ſeq.* & Roſenth. *c.* 12. *q.* 3. *n.* 40. III. Hoc feudum inuito domino refutari

non

non poſſe tradunt Carol. Molin. *d. tit.* §. 1. *gloſ.* 5 *num.* 9. Schneid. *de feud. p.* 1. *n* 45. Roſenth. *c.* 2. *q* 4. *n.* 4. & *c.* 9. *q.* 51. *n.* 10. Alexand. Raudenſ. *reſp.* 2. *n.* 327. *vol.* 2. ipſi refutati a Franciſco Sonsbec. *d. p.* 4. *n.* 26. Piſone Soac. *in prælud. feud. c.* 14. *n.* 24. & *c.* 43. *n.* 15. & a Schradero *p.* 8. *c.* 1. *n.* 63. *in fin. confer.* Ioan. Bodin. *d. c.* 9. *n.* 109. *f.* 171. IV. Denique eſſe quoque feudum ligium in fœminas tranſitorium, ſi non ex iure feudorum Longobardico, ſaltem ex conſuetudine poſteriore. P. Gregor. *in ſyntagm. iuris univ. lib.* 6. *c.* 2. *num.* 33. Iacob. de Franchis *in prælud. feud. c.* 2. *num.* 144. Ambroſ Schurerius *de heredit. quæ ab inteſt. def. tit.* 9. *limit.* 9. *pag.* 119. Valent. Forſter. *in tract. de ſucceſſion. lib.* 4. *c.* 23. *n.* 58. *verſ. vndecimo fœminæ.* Cravet *conſ.* 414. *num* 4. *vol.* 3. quod ſimiliter, niſi de illa conſuetudine in ſpecie doceatur, recte improbant Roſenth. *de feud. cap.* 7. *q.* 34. *n.* 12. Guerrin. Piſo *d. c.* 43. *n.* 16. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 474. *lib.* 1. & *nouiſſime* Nic. Euerhard. Iun. *conſ.* 41. *n.* 185. & *ſeq. vol.* 1. [Cum enim hæc conſectaria nullo iuris textu, ſed autoritate Dd, quæ probabilis, non neceſſaria eſt, *Gl. in L.* 1. *C. LL.* nitantur, vix probari poſſunt Ludw. *c.* 3. *p.* 62.]

g) Siue alicui tributum ſit ab eo, qui ſuperiorem non agnoſcit, ſiue a quolibet alio. Nam & ſummus Princeps feudum non ligium dare poteſt: veluti ſi Rex Hiſpaniæ feudum concedat ſubdito Regis Galliæ; aut Rex Galliæ ſubdito Imperii Romani. *vide* Cuiac. 2. *F.* 7. & Ioan. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 111. & 118. vbi circa fin. eleganter ait, a ſubditis ſummam præcipuamque fidem ac obedientiam deberi, cui præiudicium poſteriore fiducia contracta creari non poſſit. Roſenth. *c.* 5. *q.* 78. *n.* 5. Crauet. *conſ.* 517. *num.* 5. Burſat. *conſ.* 147. *n.* 33. *lib.* 2. Indeque eſt, quod inhiberi ſubditis poteſt, ne exterorum ſe ligios conſtituant vaſallos, prout (poſt Ioan. Ant. Lanarium *conſ.* 20. *num.* 11.) tradit Andr. Knich. *de pact. veſtitur. p.* 2. *c.* 5. *num.* 85. Sed & ſi ante factam prohibitionem ligium feudum a Rege extraneo illis datum fuerit, in dubio fidem quam debent Superiori ſuo, excepiſſe intelligendi ſunt, atque ita feudum quoad quid, ſeu reſpectiue potius, quam abſolute ligium accepiſſe, *arg. c.* 1. §. *fin. cum ibi not. a* Dionyſ. Gothofr. & *Dd. hic* 2. *F.* 28. Io. Borcholt. *in tract. de feud. c.* 4. *num.* 23. & *ſeqq.* Quod autem Ioan. Bodin. *d. c.* 9. *num.* 119. *fol.* 186. Imperatorem Carolum V. eo quod regis Galliæ vaſallus ligius ac ſubditus fuerit, Imperio Romano ſine exceptione fidem dare, atque ita Imperatoriam maieſtatem ſuſtinere potuiſſe negat; id nobis non probatur. Vide Franciſc. Zoanet. *in tract. de Roman. Imp. n.* 118. & *ſeqq. paſſim per tot.* Illud verò extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, vnum eundemque vaſallum non ligium diuerſorum eſſe poſ-

D ſe, aut

ſe, aut vni ligia, alteri vulgata fide deuinctum, *arg. d. tit. 28. in f. c. 1. §. ſatis bene. de probib. feud. alien. per Lothar. 2. F. 52. & in extraord. tit. 93.* Iacob. de Franchis *in prælud. feud. c. 2. n. 140.* Andr. Gail. *de arreſt. Imp. c. 6. n. 29.* Herm. Vult. *1. F. 8. n. 21.* Roſenth. *c. 2. q. 4. n. 3.*

## IV.

II. Feudum tribuitur in corporale, quod in re corporea conſiſtit; & Incorporale, quod in re Incorporea *a*: quale eſt feudum Cameræ *b* & Cauenæ *c*. III. In feudum Eccleſiaſticum, quod eſt rei Eccleſiaſticæ *d*; & Seculare, quod eſt rei ſecularis *e*. IV. In feudum, quod eſt In curte, & quod eſt Extra curtem dominicam *f*.

a) *c. 1. §. ſciendum de feud. cognit. 2. F. 1.* Herman Vult. *1. F. 8. num. 11.* Iacob. de Franchis *in prælud. feud. c. 2. n. 208. cum ſeqq.* Nicol. Intrigl. *cent. feud. 1. q. 44. n. 1.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. in princ. n. 116.*

b) Quod conſiſtit in iure pecuniæ ex Camera, hoc eſt, ærario Domini (vel, quod perinde eſt, de vectigali in certo loco, aut de alio reditu pecuniario, qui in Cameram illius Domini inferri ſolebat. Zaſ. *p. 12. n. 31.* Schrad. *p. 2. c. 3. n. 81.*) quotannis exigendi. Cuiac. *2. F. 2.* Garſ. *de expenſ. c. 12. num. 46.* Roſenth. *de feud. c. 2. q. 75. n. 2. arg. c. vn. in f. quis dic. dux 2. F. 10. & c. 1. in pr. de not. feud. 2. F. 58.* Germanice appellatur ein Cammerlehen oder Manngelt. Schneid. *p. 2. num. 24.* Adrian. Gilman. *lib. 2. rerum in Cam. Imp. iudic. deciſ. 43. n. 78.* Ioan. Fichard. *conſ. 13. num. 10. verſ.* und mag dem allem: & *n. ſeq. vol. 2.* confer Andr. Knich. *de pact. veſtit. p. 1. c. 3. n. 255.* [Bitſch. *lib. 2. t. 1. c. ſciendum* Beſold. *Theſ. pract. voc.* Cammerlehen.]

c) Conſiſtens in iure vini, frumenti aut alterius annonæ ex cellario ſeu penuario Domini (aut eius, quæ alioquin in cellam, hordeum ſeu penuarium Domini inferri debuiſſet) ſingulis annis exigendæ. Vult. *1. F. 8. n. 13.* Schrad. *d. c. 3. num. 82.* Roſent. *d. q. 75. num. 3.* Cauena enim Longobardis cellam ſignificat, vt teſtatur Hotoman. *in comment. de verb. feudalib.* ſequiturq; Ioan. Garſ. *d. c. 12. n. 46. &* Vult. *d. loc.* & præſertim cellam vinariam, ſicut probat Cuiac. *2. F. 2.* fortaſse a cauea ſeu cauerna appellatione deducta, eo quod cellæ vinariæ aliæq; nonnullæ in locis excauatis & ſubterraneis haberi ſoleant, ita tamen, vt hic per ſynechdochen quodlibet denotetur annonæ conditorium. Ex quo fit, vt cum vulgatis exemplaribus *Cauenæ* malim, quam cum Cuiacio, & aliis nonnullis, *Caneuæ* ſeu *Canuæ* feudum

dum dicere [ de voce Cauenæ videatur pluribus Struv. *c. 4. th. 18. n. 3.* ] Vtriuſque huius feudi ea eſt natura, vt non debeatur, niſi ſit in Camera vel Cauena, vnde ſolui poſſit, deducto, ne egeat Dominus, omniq; ære alieno, *d. c. 1. in princ. ibiq;* Hotoman. Eguin. Baro *& alii, de not. feud. 2. F. 58.* P. Gregor. *in ſyntagm. iuris vniu. lib. 6. c. 3. num. 10.* Wurmſer referens exemplum notatu non indignum, *lib. 1. pract. obſeru. tit. 51. obſeru. 2. num. 2.* Ioan. Fichard. *conſ. 13. num. 11. vol. 2.* ( Diſſent ex parte Thom. de Marin. *tit. 24. num. 16.* ad æs alienum, ante feudi conceſſionem contractum, hoc reſtringens ) adeo, vt Dominus ne pacto quidem aut expreſſa renunciatione iſto beneficio priuare ſe queat. Roſenth. *c. 2. q. 76. n. 4. arg. l. 14. §. f. ff. ſolut. matrim. iunct. d. c. 1. in princ. & ibi* Bald. *n. 2. de not. feud.* Quæ tamen ita exaudienda ſunt, niſi promiſſor ſua culpa, ſiue leui ſiue lata, in talem penuriam inciderit, tum enim, quod ex Camera vel Cauena ſolui nequit, aliunde præſtari oportet. Schrader. *p. 2. c. 3. num. 98. cum ſeqq.* Intrigl. *cent. 1. q. 38. num. 23.* Fichard. *conſ. 13. num. 11. verſ. quod enim, arg. d. c. 1. de not. feud.* Confer Rittershuſ. *2. F. 6. q. 9.* [ Potius diſtinguendum cenſeo an Camera reſtrictiue, an demonſtratiue adiecta ſit: Hoc caſu aliunde ſatisfieri debet, *arg. l. 12. ff. de Alim. leg. l. 27. §. f. ff. de Leg. 3.* non illo, *l. 8. §. 2. ff. de Leg. 2.* Conf. Ludwel. *Tract. de diuiſion. feud. c. vlt. p. 114.* quomodo vero hoc cognoſcendum ſit. vid. Brunnem. *in Comment. ad l. f. ff. de peric. & comm. rei vend. num. 31. ſeqq.* ] Quod ſi poſt fatalem inopiam verſa fortuna ærarium vel cella Domini rurſus ceperit abundare, non ſolum in poſterum, verum etiam reliquæ præcedentium annorum penſiones exigi poterunt. Roſenth. *d. q. 76. num. 4.* Guerrin. Piſo *in prælud. feud. c. 44. num. 6.* Schrad. *d. cap. 3. num. 86. & ſeqq.* Fichard. *d. conſ. 13. n. 11. verſ. poſtremo, textus, volum. 2. arg. d. c. 1. de not. feud. l. 17. §. f. ff. de annuis legat. l. 13. ff. de tritic. vin. vel ol. leg. l. 15. §. 4. ff. locati. l. 8. C. eod.* [ Diſſ. Ludw. *p. 83. & d. tr. p. 115.* Arumæ. *diſp. 2. th. 23.* ] In dubium autem vocatur, vtrum feuda Cameræ & Cauenæ in heredes tranſeant & perpetua ſint, an vero morte dantis vel accipientis extinguantur? Sunt enim qui ſolius accipientis ( Schenck. Baro *in d. c. 1. num. 3. de not. feud.* Zaſ. *p. 12. num. 31.* Schneid. *p. 1. n. 61.* Thomas de Marin *d. tit. 24. n. 14.* Intrigl. *cent. 1. q. 38. n. 24.* ) [ Quorum etiam accedendum puto opinioni, Cöppen. *obſ. 2. n. 52.* Ludwel. *c. 4. p. 83.* vbi ad argumenta contraria reſpondetur; & plures conſentientes adducuntur. ] Sunt qui etiam dantis ( Cuiac. *1. F. 1. §. ſi vero gaſtaldi, circa fin. fol. (mihi) 663. & 2. F. 2.* Hotoman. *in c. vnic. de controu. inter epiſc. & vaſal. 2. F. 20.* Borch. *c. 4. n. 29.* ) Sunt denique, qui neutrius morte illa finiri, ſed in heredes deſcendere, contendunt. Schrader. *d. c.*



*3. n.*

*3. n. 84.* Sonsbec. *p. 4. n. 35. & ſeq.* Schneid. ſibi contrarius, *p. 2. n. 24.* Roſent. *c. 2. q. 75. num. 6.* Equidem his vt accedam, iuris me mouet ratio: niſi mere gratuita ſint Cameræ vel Cauenæ feuda, *c. 1. in fin. quis dic. dux. 2. F. 10.* aut pro mercede temporalis officii data, *c. vnic. de feud. guard. 1. F. 2. c. vnic. in. fin. de pign. dato feud. 1. F. 11. & in extraordin. tit. 81. & 94.* Perpetuum enim eſſe & in heredes tranſitorium, ſpectat ad propriam feudi naturam. Carol. Tapia *ad l. f. p. 1. c. 3. n. 24. ff. de conſtitut. Princip.* Clar. *in §. feudum q. 9. num. 6.* Fichard. *conſ. 15. n. 4. & 5. vol. 2.* Nicol. Euerhard. Iun. *conſ. 50. n. 14. & 15. vol. 2.* Peregrin. *conſ. 15. n. 6. conſ. 22. n. 4. & conſ. 28. num. 1. vol. 1.* Menoch. *conſ. 804. n. 45. & 76.* quæ ineſſe cuilibet feudo præſumitur, niſi quatenus conſuetudine feudali aut pacto ab ea diſceſſum eſſe probatur. Hartman. *lib. 2. pract. obſ. 10. n. 4.* Zaſ. *de feud. p. 12. n. 3.* Roſent. *c. 2. q. 54. n. 1.* Crauet. *conſ. 1000. n. 314.* Surd. *conſ. 105. n. 2. & conſ. 440. n. 7.* Probari autem non poteſt, quod omne feudum Cameræ & Cauenæ, etiam illud, quod pro ſolitis feudalibus ſeruitiis in aliquem collatum eſt, cum perſona dantis vel accipientis expiret. Imo nullam feudi ſpeciem exiſtimo reperiri, quæ eam ſolam ob cauſſam, quod non conſiſtat in re vere immobili, ſed in incorporali, iſti hac in parte æquipollente, temporalis ſit. Quod cum in cæteris rerum incorporalium feudis omnes facile concedant: cur igitur ſine textu diuerſum ſentiunt de his duabus feudi incorporalis ſpeciebus? Nam & Feudiſtis in more poſitum eſt, vt vbi feudi ex ipſa diſpoſitione conſuetudinum feudalium temporarii mentionem faciunt, id vel negent iure feudi cenſeri, vel ita depingant, vt de impropria eius natura ſatis conſtare queat, *prout videre eſt in c. 1. §. f. de his, qui feud. dare poſſ. 1. F. 1. c. vn. §. f. de feud. guard. 1. F. 2. c. 1. §. item ſi vaſallus, ſi de inueſt. feud. controu. fuerit, 1. F. 4. c. 1. §. f. de pign. dato feud. 1. F. 11. c. 1. §. cæteri vero, quis dicatur dux. 2. F. 10. & in extraordin. tit. 81. 94. & 105.* At feudum Cameræ & Cauenæ, niſi de gratuito, vel pro mercede dato, ſermo ſit, vbiuis ſimpliciter & abſolute feudum dicitur, *veluti in c. 1. §. ſciendum, de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. §. ſi vero vaſallus, quid ſit inueſt. 2. F. 2. c. vnic. de controu. inter epiſcop. & vaſal. 2. F. 20. & c. 1. in pr. de not. feud. 2. F. 58.* Accedit, quod in *d. C. vnic. de contr. inter Episc. & vaſal.* huiusmodi annuæ præſtationis feuda quoad heredem dantis (de quo ſolo iſtic loci quæſtio erat propoſita) æqui parentur feudis propriis. [Eius autem ratio eſt quia ſucceſſor ad præſtandum factum defuncti obligatus eſt. Quoad accipientem autem reuera ſunt impropria & eius morte expirant cum ipſius perſonæ intuitu ſint conceſſa. Ludwel. *p. 83.* ſed pactis hæc ſubiacere nemo negabit.] Deniq; noſtram ſententiam vſu receptam eſſe teſtatur Roſent. *d. q. 75. in gloſ. ad lit. E.*

d) *c. 7.*

d) *c. 7. ext. de conſtitution.* Vult. *1. F. 8. n. 19. fac. c. 1. de cler. qui inveſt. fec. 2. F. 35. c. 6. vbi: de ſeculari feudo. iunct. c. ſeq. ext. de foro comp. Nou. 7. & 120.* Noſtrates vocitant ein Krumbſtäbiſch / vom Krummen Stab herrührend [Imitatur autem baculus Epiſcopi, baculum paſtoralem den Hirtenſtab / qui altera parte incuruatus, altera acutus, & in medio rectus eſt; vt ita moneatur Epiſcopus, ſe errantes retrotrahere, contumaces pungere, debiles autem ſua rectitudine erigere debere. Durand. *rational. diuinor. officior. l. 3. c. 15. n. 4.* Add. Aug. Barboſa *de Offic. & poteſt. Episc. p. 1. t. 1. c. 5. n. 13. ſeq.* Cur autem non Pontifex vtatur incuruato baculo, videri poteſt apud Strauch *amœn. Iur. Can. Semeſtr. alt. Eccl. 1. c. 8. n. 19.*] oder Krumſtabs Lehen. Schneid. *de feud. p. 1. n. 50.* Vult. *1. F. 9. n. 48.* Knich. *de pact. veſtitur. p. 1. c. 4. n. 33. & 34.* Euerhard. Iun. *conſ. 41. n. 11. verſ. ſecundo pro hac parte, vol. 1.* Interdum tamen Eccleſiaſticum appellatur etiam illud, quod Eccleſiæ datum eſt, etiamſi conſiſtat in re ſeculari, *c. 1. §. fin. de capitul. Corradi. 2. F. 40.* Schrad. *p. 2. c. 3. num. 17.* Rittershuſ. *1. F. 4. q. 2.* Roſent. *c. 2. q. 5. n. 2.* Quinimo a nonnullis tribuitur hoc nomen feudo, quod perſona Eccleſiaſtica in rebus propriis conſtituit, aut ſuo & peculiari, non Eccleſiæ nomine acquirit. Zaſ. *de feud. p. 2. num. 7.* Sonsbec. *p. 3 num. 5.* Schneid. *d. p. 1. n. 50.* Sed per abuſionem: cum potius Seculare dici debeat. Vult. *d. num. 19.* Róſent. *d. q. 5. n. 3. per c. 1. de cleric. qui inueſt. fec. 2. F. 35.* Sicut & præcedens feudi genus, quod tenet Eccleſia ab aliquo ſeculari, recte Seculare indigitatur. Roſenth. & Vult. *d. loc.* confer. And. Gail. *1. obſ. 30. n. 4. & ſeqq. de pace publ. lib. 1 c. 8. n. 8. & 9. & de pignoration. Imp. obſ. 7. num. 1.* And. Knich. *de Saxonic. non prouoc. iure verb. Ducum Saxoniæ. c. 2. n. 6. cum ſeqq.* [Struu. *c. 3. th. 4. n. 1.* vbi ad textum obſtantem *2. F. 40. §. 1.* reſpondet] Opinantur autem multi feudum Eccleſiaſticum ſua natura improprium & in fœminas tranſitorium eſſe, illo trito, der Krumſtab ſchleußt niemand auß / decepti. Ioan. Fichard. *conſ. 17. num. 7. vol. 1.* dicens, noſtrates Nobiles hoc quaſi pro regula communiter ſolere aſſerere. Garzon. *in tract. de fœmin. ad feud. recip. reſtrict. 19. n. 129.* Menoch. *conſ. 65. n. 30. & conſ. 840. num. 64. & ſeq.* (vbi ſe refert ad d. ſuum conſ. 65. ſed contra idem illud conſilium iudicatum fuiſſe, teſtis eſt M. Anton. Peregrin. *conſ. 22. num. 16. vol. 1.*) Knich. *de pact. veſtitur. p. 1. c. 4. num. 40.* ſcribens, feuda Eccleſiaſtica conſuetudine ab æuo temperaſſe iuris ſcripti feudiſtici rigorem, vt, niſi feudum diſerta pactione, conſtituatur maſculinum, zu Mann oder Burglehen ſonderlich gereicht / in dubio pro vtroq; ſexu receptum cenſeatur. Verum enim vero tum textus & rationes, tum ipſa experientia

 eis

eis repugnat. Textus enim & rationes, quibus arcentur fœminæ à feudorum ſuccesſione, generales ſunt, & non minus ad Eccleſiaſtica, quàm ad Secularia feuda pertinent, *c. 1. §. hoc autem notandum, iunct. pr. ibi: archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus, de his, qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. c. 1. §. quin etiam epiſc. vel abbat. 1. F. 6. c. 1. filia, de ſucceſſ. feud. 1. F. 8. c. 1. §. final. quid ſit inueſt. 2. F. 2. c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt. 2. F. 23. c. vnic. an mut. vel al. imperfect. 2. F. 36. cum ſimilib.* Borgn. Caualcan. (*ſeu potiùs* Ant. Marius Canis *in eleganti ſuo conſilio, in quo ex profeſſo tractat de quodam feudo Eccleſiaſtico.*) *deciſ. 36. a n. 165. vſq; ad n. 191. p. 2.* Peregr. *d. conſ. 22. num. 2. vol. 1.* Zaſ. *conſ. 11. n. 13. vol. 1.* Experientiam vero quod attinet, teſtatur Roſent. *de feud. c. 7. q. 31. n. 6. in gloſſ. ad lit. t.* hanc contrariam opinionem in permagnis feudis vſu ſeruatam atque a præſtantisſimis Germaniæ ICtis ſecundum eam pronunciatum eſſe. Similiter ſcribit Nic. Euerh. iun. *conſ. 41. n. 167. & ſeqq. volum. 1.* ſe nouiſſe reuerendisſimos Epiſcopos, Eyſtetenſem, Bambergenſem, Herbipolenſem, Auguſtanum, Spirenſem (adde Paderbornenſem) & alios pene omnes, item Prælatos ac Præpoſitos permultos, eiuſmodi feuda maſculina habere, quæ defuncto vaſallo abſq; filiis atq; aliis heredibus maſculis ex primo acquirente deſcendentibus, ad ipſos Epiſcopos & Prælatos Eccleſiaſticos reuertantur. Idemq; de feudis Moguntiacis, Aſchaffenburgenſibus & Albanenſibus affirmat Ioan. Fichardus, ſubiiciens ita aliquoties iudicatum fuiſſe, *conſ. 15. n. 6. verſ.* daß aber ſolches / *vol. 2.* [Conf. Tummermuth *Tr. quem inſcribit:* Krumſtab ſchleuſt niemand aus. Quem citat Struv. *c. 3. th. 4. n. 3.*] Quorundam tamen Eccleſiaſticorum feudorum ex ſpeciali conſuetudine aut priuilegio fœminæ ſunt capaces: etſi non vno omnium modo. Talia eſſe perhibentur feuda Abbatiæ Fuldenſis. Ioan. Ferrar. Montan. *de feud. lib. 1. c. 2. in fi. & lib. 3. c. 8. verſ. proinde ſi conſuetudo.* Vult. *1. F. 9. n. 48. verſ. huc pertinet. & n. 50. circa fin.* Knich. *de pact. veſtitur. p. 1. c. 4. a n. 43. vſq; ad fin.* Fichard. *d. conſ. 15. n. 8. vol. 2.* & Hersfeldenſis. Ferrar. *d. loc.* Vult. *d. c. 9. n. 48. & in Exeg. feud. pag. (mihi) 30.* Weſ. *conſ. 74. in princ. & paſſim per tot.* Epiſcopatus Monaſterienſis. Roſenth. *de feud. c. 1. q. 13. num. 4. q. 14. num. 31. & c. 7. q. 36. n. 18.* Elbert. Leonin. *conſ. 60. per tot.* Domus Kauffungen in Haſſia. Knich. *d. c. 4. num. 47.* & Archiepiſcopatus Colonienſis Fichard. *conſ. 17. num. 7. verſ. in dubio ſane, vol. 1.* vbi dicit in Archiepiſcopatu Colonienſi talem feudorem ſuccesſionem obſeruari, vt quamuis inueſtituræ tantum maſculina feuda contineant, tamen deficientibus maſculis proximi heredes ſexus fœminini præ aliis omnibus admittantur & inueſtiantur.

antur. Ita enim ad ſe ante aliquot annos a præcipuis quibuſdam & eruditis Electoralibus Conſiliariis Colonienſibus cum ſpecificatione inſignium quorundam caſuum, perſcriptum eſſe. Veriſimile eſt, olim etiam feudorum Treuirenſium fœminas capaces ſuiſſe: quia Balduinus Archiepiſcopus Treuirenſis anno C. 1354. ab Imperatore Carolo IV. impetrauit peculiare priuilegium, quo cautum fuit, vt in poſterum omnia feuda ab illo Archiepiſcopatu dependentia maſculina eſſent Ioan. Fichard. *conſ. 19. n. 5. verſ. ad maiorem. vol. 1. & conſ. 10. n. 5. verſ.* und zu mehrer bekräfftigung. *vol.* 2. Accedunt deniq; feuda Abbatiæ Corueienſis, quæ vt plurimum pro vtroq; ſexu concedi, teſtatur And. Knich. *d. c. 4. n. 46.* Sed de his omnibus ſuo loco explicatius.

e) *c. 6. ext. de foro compet. & arg. c. 1. de cleric. qui iueſt. fecit. 2. F. 35.* Vult. *1. F. 8. n. 19.*

f) Curtis (quæ & Curia dicitur, *c. vnic. in princ. de capitan. qui cur. vendid. 2. F. 51. c. 1. in pr. verſ. ſi enim Domino, quid ſit inueſt. 2. F. 2. c. 18. ext. de ſent. & re iudic.* nobis ein Hoff / vnde Dinckhöff / Mannhöff / Meyerhöff / ꝛc. *vide* Zaſ. *p. 11. n. 2.* Roſent. *c. 12. q. 7. n. 2.* Bertaz. *in tract. clauſul. inſtrum. clauſ. 19. gl. 8.* vbi dicit, nomen curiæ ſeu curtis æquiuocum eſſe) [Et *Curtis* dicitur ab Italica voce *Corte*, quæ curiam denotat.] proprie & reſtricte ſignificat aream circumſeptam ſeu muro circundatam cum ædificiis in ea poſitis, vt ex Auentino, Abbate Vrſperg. B. Rhenano & aliis erudite probat Hotoman. *in verb. feudalib. verb. curia, verb. curtis. & verb. manſus.* idemq; ſentire videtur, Cuiac. *1. F. 1. § ſi quis de manſio. vide c. 1. §. fin. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. & c. 1. §. 5. ſi de inueſt. feudi controu. fuerit. 1. F. 4.* Hinc curtis pro domo, caſtro, palatio, prætorio frequenter vſurpatur. Vult. *1. F. 8. n. 18.* Cuiac. *1. F. 1. §. ſi vero gaſtaldi.* Borch. *de feud. c. 2. n. 26. in fin. & c. 4. n. 31.* Garſ. *de expenſ. c. 12. n. 22. 23. 24. fac. c. 1. in princ. quid ſit inveſt. 2. F. 2. c. 1. §. ſi quis, ſi de inveſt. inter domin. & vaſal. lis oriatur. 1. F. 26. c. vnic. ibi: pares illius domus, de controu. feud apud pares termin. 2. F. 16. iunct. c. 1. §. fin. ibi: pares curtis. de feud. guard. 1. F. 2. c. 1. §. 3. ſi de inueſt. ſeu controu. fuerit. 1. F. 4.* Ex vſu autem & deſtinatione dominorum hæc vox interdum producitur latius, deſignatq; vniuerſitatem complectentem non tantum domum & aream; ſed omnia, quæ ad caſtrum, palatium ſeu curtem aliquam a domino deſtinata ſunt, ita vt illius ſint pertinentia, ab eaq; quaſi dependeant, ſiue iura ſint, ſiue corpora, atque adeò integrum territorium. Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 7. n. 21. & ſeq.* Garſ. *d. c. 12. n. 23. in fin.* Vult. *1. F. 10. n. 71.* Gail. *de pace publ. lib. 2. c. 15. n. 13. & 14.* Molin. *in*

*con-*

*conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 3. n. 29.* Zaſ. *de feud. p. 11. n. 2. 3. 4. confer c. 1. §. ex eadem* ibiq; Hotoman. *de lege Conradi. 2. F. 34 iunct. l. 62. ff. de acq. rer. domin. c. 1. in princ. de capitan. qui curiam vend. 2. F. 51. d. c. 18. extr. de ſentent. & re iudic.* Feudum igitur in curte Domini eſſe dicitur, vel proprie, ſtricte & per prius, quod eſt in domo dominica, in vaſallum non translata, ſed à domino retenta, inue eius domus area, *d. c. 1. §. fin. quib. mod. feud. amitt.* veluti feudum Cameræ & Cauenæ. Cuiac. *ad d. §. fin. & 2. F. 2.* Vult. *1. F. 8. num. 18.* Borch. *c. 4. num. 31.* [Struv. *c. 4. th. 18. n. 6.*] vel improprie, large & per poſterius, quod licet in ipſa domo dominica non ſit, eſt tamen in eius diſtrictu ſeu territorio. Hotoman. *in comment. de verbis feudalib. d. verb. curtis.* Garſ. *d. c. 12. n. 23.* Zaſ. *d. p. 11. n. 2. 3. 4.* Roſenth. *c. 12. q. 7. num. 2. & ſeqq.* Medeſtin. Piſt. *conſ. 59. n. 43. vol. 1.* [Bocer *differ: feud. c. 4. n. 43.* Wurmſer *de feud. Impr. Plaſ. 2. ſect. 5. n. 14.* Ludwel. *Synopſ. p. 57.* Et hi nituntur textibus in. *1. F. 5. §. 1. v. item. ſi quis feud. 1. F. 18. ibi: Iudex Curtis h. e. territorii. 2. F. 51. pr.* Vt ita hac ſententia non ſit improbabilis.] ſed hoc feudum rectius *de curte*, a qua deſcendit, quamue reſpicit & cui ſubeſt, quam *in curte* eſſe dicitur, *arg. c. 1. §. ſi quis. ſi de inueſt inter domin. & vaſal. lis oriatur. 1. F. 26. & d. c. 1. fin. quib. mod. feud. amitt.* & ex iis, quæ tradunt Schneid. *p. 9. c. 1. n. 5.* Cuiac. *4. F. 19.* Roſenth. *d. q. 7. n. 2.* Extra curtem autem quod ſit, ex præcedentibus per ſe patet. Vide diuerſas Interpretum ſententias apud Roſenth. *c. 2. q. 81. & c. 9. q. 46. a n. 1. vſq; ad n. 8.*

## V.

V. Feudum aut Nouum eſt, aut Vetus *a*. Nouum eſt feudum noue ſeu primo acquiſitum *b*. Vetus *c* eſt feudum per ſucceſſionem *d* vlterius propagatum *e*.

a) *c. 1. in prin. per quos fiat inueſt. 2. F. 3. c. 1. verſ. his vero deficientibus, de ſucceſſ. fratr. 2. F. 11. c. 1. de fratrib. de nouo benef. inueſt. 2. F. 12. c. 1. de inueſt. in marit. fact. 2. F. 15. c. vn. de duob. fratr. a capitan. inueſt. 2. F. 18. c. 1. in prin. ſi de feud. defunct. cont. ſit. 2. F. 26. c. vnic. qui teſtes ſunt neceſ. 2. F. 32.* [Itter *c. 3. §. 27.* vbi de Comitatu Oldenburgenſi.]

b) *d. c. vnic. verſ. nouam inueſtituram, qui teſtes ſunt neceſſ.* Hartman. Piſt. *2. q. 4. num. 2.* Mynſ. *2. obſ. 94. n. 5.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. (olim fuit §. 5.) n. 97.* Sichard. *conſ. feud. 1. num. 92. fol. 143.* Pruckman. *conſ. 44. n. 1.* Eſt autem aliud abſolute nouum, aliud reſpectiue tantum. Absolute Novum, quod ita nouum eſt, vt nullo reſpectu ſit vetus: cuiusmodi etiam tum erit (1) ſi quis protectionis cauſſa prædium ſuum

ab

ab alio in feudum recognouerit. Zaſ. *de feud. p. 3. num. 8.* Weſ. *c. 2. n. 6.*
Schrad. *p. 2. c. 3. n. 63.* (2.) Si filium ſe abſtinentem hereditate patris eamue
omittentem Dominus conſenſu agnatorum de feudo alioquin paterno in-
veſtiuerit. *c. vnic. in fin. an agnat. vel fil. 2. F. 45.* Roſenth. *c. 2. q. 17. n. 5. & ſeqq.*
[quia non ſucceſſionis, ſed nouo titulo, feudum acquirit Struv. *c. 3. th. 2. n. 5.* Dn.
Horn. *diſſ. 3. th. 12.*] Diſſent. Aluarot. *ad d. c. vnic. an agnat. vel fil. n. 17.* Schrad.
*p. 2. c. 3. n. 59. in fin.* (3.) Si Dominus remiſſa culpa, ex qua feudum ipſo iure
vel per ſententiam ad ſe deuolutum erat, vaſallo de nouo inueſtituram fe-
cerit. Clarus *in §. feudum. q. 8. num. 6.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 38. num. 58.*
*eleganter* Carol. Molin. (aliqua tamen ex parte diſſentiens) *in coſuetud.*
*Pariſ. tit. 1. §. 43. (olim fuit §. 30.) a num. 105. vſq; ad n. 113.* Aluar. Valaſc. *de*
*iure emph. q. 42. num. 3.* [Diſſ. Zœſ. *c. 2. §. 16.*] Vide Roſent. *c. 2. q. 18. & 19.*
indidemq; pete varias Doctorum opiniones. [Si ſimpliciter remittatur,
manet vetus, ſi vero auferatur & reſtituatur fit nouum Struv. *c. 3. th. 2.*
*num. 4.* quod ſi ob culpam in extraneum commiſſam iam condemnatus
ſit, dominus non poteſt culpam remittere, quia tenderet in præiudicium
agnatorum. Struv. *c. 15. th. 12. num. 9.*] (4.) Si quis de veteri feudo
conſenſu eorum, quorum intereſt, in manus Domini abſolute & generali-
ter (aliud enim dicendum de renunciatione feudi reſpectu certæ tantum
perſonæ facta. *c. vnic. de vaſal. decrep. ætat. 2. F. 14. c. 1. §. fin. ſi de feud. de-*
*funct. content. ſit. 2. F. 26. c. vn. de eo, qui fin. fec. agn. 2. F. 49.* Diſſent. Ho-
tom. *ad d. tit. 14.* cum quo exiſtimat pugnare *c. vnic. patrem in feud. fil. non*
*ſucced. 2. F. 84. in extraordin.*) refutato, inueſtiatur. *d. c. vnic. de eo, qui fi-*
*nem fec. agn.* Cuiac. *2. F. 14.* Schrad. *d. p. 2. c. 3. n. 59.* Roſenth. *d. c. 2. q. 20.*
*& 21.* Fichard. *conſ. 9. n. 11. vol. 2.* (5.) Si feudum antiquum venditione alio-
ve modo conſenſu Domini & agnatorum in perſonam extraneam prima
inueſtitura non comprehenſam citra pactum reſeruatiuum transferatur. *c.*
*1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5.* Roſenth. *d. c. 2. q. 22.* Zaſ. *conſ.*
*12. n. 60. & conſ. 13. n. 11. lib. 1.* Nic. Euerh. Iun. *conſ. 39. n. 1. vol. 2.* vbi dicit,
feudum ab vna familia in aliam translatum, ſemper nouum fieri. Fichard.
*conſ. 1. n. 4. vol. 1.* Cothman. *conſ. 9. n. 25. & 26.* Peregrin. *conſ. 18. n. 7. & 8.*
*lib. 1.* Surd. *conſ. 181. n. 39. lib. 2. & conſ. 440. n. 39. & ſeqq. lib. 3.* Diſſ. Matt. de
Afflict. *in c. 1. n. 21. de vaſal. decrep. ætat.* idem iuris ſtatuens in feudo trans-
lato in remotiorem agnatum inueſtitura prima comprehenſum: quod refu-
tatur per *c. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. content. ſit. 2. F. 26.* Vide. Hart-
man. Piſt. *2. q. 6. num. 20.* & Fachin. *7. controu. iur. 10.*) [habebat enim per
primam inueſtituram ſpem ſuccedendi, add. Cöppen. *Obſ. 2. n. 26.* adeo, vt,



licet

licet idem feudum poſtea recuperetur, nouum tamen ſit. Semel enim extincta qualitas in perpetuum non reſuſcitatur. *l. 98. §. aream. ff. de lolution. l. 27. § pactus ne peteret. ff. de pact. l. 10. §. pen. ff. de in rem verſ.* nec datur regreſſus a priuatione ad habitum. Cuiac. *ad African. tract. 8. in explic. l. 23. ff. de act. rerum amot. fol. (mihi) 579. 1. 2.* Martin. Monter. *deciſ. 2. n. 31.* atque ita in ſpecie concludit Roſenth. *d. c. 2. q. 23.* (6) Idem dicendum de feudo, quod quis ſibi comparavir pretio venditi feudi antiqui: niſi aliud actum fuiſſe appareat. Afflict. *d. c. 1. n. 5. de vaſal. decrep. ætat.* Schrad. *p. 2. c. 3. num. 57. & ſeqq. per l. 3. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. tacit. contrah. l. 6. C. de rei vindic. l. 4. C. commun. vtriuſq; iudic* [ vid Dn. de Rhetz *p. 3. 39. n. 10. ſeq.* Ludw. *p. 54.* quia in ſingularibus pretium non ſuccedit loco rei, & ſurrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſurrogatur ſi diverſa qualitas ſurrogati non repugnat Struv. *d. 1. n. 6.*] Si autem feudum paternum Domino & agnatis conſentientibus cum feudo nouo permutetur, nouum antiqui naturam aſſumet. Schrad. *d. p. 2. c. 3. num. 55. & ſeq. arg. l. 36. §. fin. ff. de donation. inter vir. & vxor.* [ Struv. *c. 1. §. 2. in f.* modo dominus expreſſe conſenſerit vt qualitas feudi antiqui nouo huic adhæreat Dn. Horn. *d. l. th.* 15. ] Diſſent Roſenth. *d. c. 2. q.* 16. *n. 5.* Cæterum feudum RESPECTIVE tantum NOVVM eſt, quod certo duntaxat reſpectu nouum eſt, ita, vt alio reſpectu ſit etiam vetus. Knich. *de pact. veſtitur. lib.* 1. *cap. 3. num. 73.* Fichard. *conſ. 3. n.* 1. *vol.* 2. Surd. *conſ. 351. n. 23. & conſ. 427. n. 50. lib. 3.* Veluti cum perſona extranea ( exempli gratia, gener vaſalli) conſenſu agnatorum de feudo inueſtitur, hoc addito pacto, vt, ſi abſque maſcula prole, aut hæc deinceps deceſſerit, agnatis prioris vaſalli eorumque deſcendentibus priſtinum ſucceſſionis ius integrum ſit. Hoc enim caſu feudum quoad agnatos prioris vaſalli vetus manet; quoad perſonam vero de nouo inueſtitam nouum ſit. Similiter ſi quibusdam tantum, aut nullis agnatis conſentientibus, Domino vetus feudum abſolute refutetur, deinde is, qui refutauit, aut refutationi conſenſit, de eodem feudo rurſus inueſtiatur, in perſona inueſtiti & reſpectu eorum, qui ceſſioni ante factæ annuerunt, nouum eſt, reſpectu autem reliquorum agnatorum feudi antiqui naturam retinet. *c. vnic. de eo, qui finem fec. agn. 2. F. 49.* Schrad *p. 2. c. 3. num. 59.* Roſenth. *c. 9. q. 52. n. 3. & 4. & q. 67. n. 7.* Surd. *conſ. 308. n. 34. lib. 3.* Diſſent Cuiac. *2. F.* 14. Item cum Dominus aut vaſallus interueniente inueſtitura aliquid de nouo adiicit ſeu incorporat feudo veteri, quoad eam acceſſionem pro nouo habendum eſt, quoad reliqua antiquum permanet. Vult. 1. *F. 8. n. 4.* Weſenb. *c. 2. num. 6. in fin.* Roſenth. *c. 2. q. 24. num. 3. & 4.* confer omnino

Erneſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0044-5

Erneſt. Cothman. *conſ. 9. a num. 67. vſq; ad num. 86.* Eadem eſt ratio feudi
veteris, cui omnium, quorum intereſt, conſenſu, noua additur qualitas, ve-
luti de ſucceſſione fœminarum. Hactenus enim nouum incipit eſſe; in cæ-
teris ſeruat priſtinam naturam. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 51. Ali-*
*ter §. 35. num. 3.* Matt. de Afflict. *deciſ. 112. num. 5. & deciſ. 248. num. 8.* Vin-
cent. de Franchis *deciſ. 7. num. 4.* Pacian. *de probation. lib. 2. c. 38. num. 56.*
Tiber. Decian. *conſ. 23. num. 35. vol. 1.* Fichard. *conſ. 1 n. 5. vol. 1. & conſ. 9. n.*
*11. vol. 2.* Pruckman. *conſ. 4. n. 17.* Confer Cacheran. *deciſ. 23. n. 9. 22. &*
*ſeqq. vſq; ad num. 27. &* Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 70. n. 30. vol. 2.* Vbi
non inutiliter quæritur, vtrum qualitas illa fœmineæ ſucceſſionis noue ad-
iecta, feudum in perſona eius, qui inueſtitus eſt, hac in parte ſtatim nouum
faciat, an vero tum demum, cum fœmina ad ſucceſſionem aſpirauerit?
Prius verius eſt. Schrad. *de feud. p. 2. c. 3. n. 54.* Roſent. *c. 2. q. 25. n. 2.* Diſ-
ſentire videntur, Zaſ. *p. 3. n. 4.* & Hanneton. *lib. 1. c. 3. in fin.* Deniq; Inter-
pretes omne vetus feudum reſpectu agnatorum a primo acquirente non de-
ſcendentium (niſi vocentur ad ſucceſſionem eius feudi ex ſingulari pacto
vel conſuetudine) pro nouo cenſeri tradunt. Vult. *1. F. 8. num. 7. in fin.*
Pacian. *de probation. lib. 2. c. 38. num. 57.* Fichard. *conſ. 1. num. 6. conſ. 6. n. 1.*
*verſ. porro quod feuda. vol. 1. & conſ. 5. num. 2. vol. 2.* Surd. *conſ. 5. n. 33.*
*lib. 1. confer c. 1. in fin. de ſucceſſ. fratr. 2. F. 11. c. 1. verſ. item placet.*
*de inueſt. in marit. fact. 2. F. 15. c. 1. in princ. ſi defunct. content. ſit. 2.*
*F. 26.*

c) Feudum tum Domini, tum vaſalli contemplatione vetus ſeu anti-
quum dicitur: Domini, cum poſt feudi conſtitutionem proprietas ſucceſſionem
habuit: vaſalli autem reſpectu, cum vtile dominium ad ſucceſſores eſt dela-
tum. *c. 1. in princ. per quos fiat inueſt. 2. F. 3. c. vnic. verſ. de veteri. qui teſtes*
*ſunt neceſſ. 2. F. 32.* Cuiac. 2. F. 4. Hotoman. *diſput. feud. c. 6.* Et hoc poſte-
riori ſenſu accipitur in theſi noſtra: idemque non raro appellatur feudum
paternum. *c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* 2. F. 50. *c. 1. §. cum autem. ſi de inueſt.*
*feud. controu. fuerit.* 1. F. 4. *c. 1. §. his vero. de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucceſſ.*
*in feud.* 2. F. 11. *c. vnic. de vaſal. decrep. ætat.* 2. F. 14. *c. 1. in prin. ſi de feud.*
*defunct. content. ſit.* 2. F. 26. *c. 1. in prin. de alien. patern. feud.* 2. F. 39. Olim
quidem illud tantum paternum dicebatur, quod acquiſitum erat a patre, auo,
proauo, vel abauo noſtro: quia feudi ſucceſſio non excedebat gradum quar-
tum. *c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud.* 1. F. 8. *c. 1. §. hoc quoq; ſciendum. de*
*his, qui feud. dare poſſ.* 1. F. 1. *c. vnic. ſi vaſal. feud. priu. cui def.* 21. F. 31. ſed
hac in infinitum producta, feudum paternum dici cœpit, quod a quocunq;



a paren-

parentibus ſeu maioribus noſtris acquiſitum eſt. *d. c.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.* 2. F. *50.* & *d. c.* 1. §. *de his vero. de ſucceſſ. fratr.* 2. F. 11. Vult. 1. F. *8. n. 5. in fin.* Cuiac. 1. *F. 4.* Hartman. Piſt. 2. *q. 5. n.* 2. Fulv. Pacian. *de probation. lib.* 2. *c. 38. n. 35.* Jacob. Kleiſt. *concl. feud. dec.* 2. *concl.* 4. Weſ. *conſ. 9. num.* 15. & *conſ. 82. n. 6.* Mynſ. *conſ. 44. n.* 18. *dec. 5. cent.* 1. [ Vt ita feudum vetus in antiquum & paternum male diſtinguatur Dn. de Rhetz. *in Comment. p. 338. n.* 1. Struv. *c. 3. th. 2. n.* 1. Ludwel. *c. 3. p. 47.* vbi ad obſtantem textum 1. F. *8.* reſpondet. Cöppen *Obſ. 2. n. 52.* ] Differt tamen feudum vetus a feudo paterno: [ ſc. nominetenus ] quia licet omne feudum paternum vetus ſit: non tamen omne feudum vetus continuo paternum eſt. Poteſt enim eſſe *maternum*, hoc eſt, a fœmina, quæ fuerit ex aſcendentibus noſtris & caput cognationis, acquiſitum, *c. vnic. an marit. ſuccæd. ux.* 1. F. 15. Zaſ. *de feud. p. 3. n. 3.* Hartm. Piſt. 1. *q. 34. n. 26.* Rittershuſ. 1. F. *4. q.* 17. poteſt item eſſe fraternum ſiue collaterale, de quo vide Ioan. Thom. de Marin. *de generib.* & *qualit. feud. tit.* 12. & 18. & Roſenth. *c. 2. q.* 12. [ Dn. Horn. *diſſ. 3. th.* 11. Zœſ. *c. 2. §. 9.* ] Germani feudum vetus appellant ein Altväterlich/ Uraltväterlich/ Stamm- oder Altlehen. Schneid. *p.* 1. *n. 64.* Gail. 2. *obſ. 49. n.* 1. Obr. *diſp. feud. 2. c. n. 72.* Roſenth. *d. c. 2. q.* 10. *n. 4.*

d) Vt enim a prima acquiſitione feudum nouum; ita ab acquiſitione vlteriori, quæ fit per ſucceſſionem, vetus dicitur, reſpectu ſcilicet eorum, quibus ex prima inueſtitura competit ius ſuccedendi. Iaſon. *in prælud. feud. num. 84.* Weſ. *conſ. 38. num. 28.* Surd. *conſ. 440. num. 40. lib. 3.* Quod cum regulariter non competat, niſi maſculis agnatis a primo acquirente deſcendentibus, hinc fit, vt Doctores a potiori feudum antiquum definiant, quod ab aliquo ex noſtris communis agnationis anteceſſoribus acquiſitum eſt. Schneid. *p.* 1. *n. 63.* Roſenth. *c.* 2. *q.* 10. *n.* 1. Clar. *in §. feudum. q. 8. n.* 1. Mynſ. 2. *obſ. 94. n. 6.* & *reſp. 44. n. 17. dec. 5. cent.* 1. Fichard. *conſ. 3. n.* 1. & *conſ. 9. n. 7. vol.* 2. Sichard. *conſ. feud.* 1. *n. 92. f.* 143. & *conſ. feud. 5. n. 9. f.* 148.

e) *c. vnic. verſ. de veteri qui teſt. ſunt neceſſ.* 2. F. *32.* Ioan. Schoner. 1. *diſp. feud.* 1. *num. 28.* Quid igitur ſi concedatur feudum nouum iure feudi antiqui, nach Art und Eigenſchafft eines rechten alten Stamm-Lehen-Guts. Nouum quidem hoc feudum eſt, & manet reuera nouum, donec in ſucceſſores iſta inueſtitura comprehenſos deuoluatur: intereaque temporis vt nouum Domino conſentiente in præiudicium agnatorum libere alialienari poteſt. Clarus *in §. feudum. q. 8. num.* 4. Roſenth. *c. 2. q. 15. num. 2.* [ Struv. *c. 3. th. 3. num.* 7. vbi reddit rationem: Quia agnatis tum demum

ius

ius ex hoc pacto quæritur ſi contrahentes involuntate perſeuerauerint.] Diſ-
ſentire videtur Menoch. *conſ.* 161. *n.* 57. confer Hartm. Piſt. 2. *q.* 4. *num.* 44.
*cum ſeqq.* & Fachin. 7. *controu. iur.* 8. feudo tamen antiquo fere in omni-
bus comparatur, eiusque ſortitur ius & naturam. [Finckelt. *Diſp. feud.* 2.
*th.* 15. *in fin.* Ludwel. *c.* 3. *p.* 51.] Gail. 2. *obſ.* 50. *per tot.* dicens ita aliquan-
do in Imperiali Camera concluſum fuiſſe. Mynſ. 4. *obſ.* 84. Magon. *deciſ.*
Florentin. 54. *n.* 28. Schrad. *de feud. p.* 2. *c.* 3. *n.* 78. *& ſeqq.* Roſenth. *c.* 2.
*q.* 13. Schneid. *p.* 1. *num.* 67. *& ſeq.* Fachin. 7. *controu. iuris.* 58. Modeſtin.
Piſt. *conſ.* 6. *num.* 7. & 17. *vol.* 1. Erneſt. Cothman. *conſ.* 9. *n.* 81. Bertaz. *conſ.*
*ciuil.* 50. *n.* 19. *lib.* 1. *& conſ. crimin.* 363. *num.* 5. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 15. *num.* 22.
& 23. *lib.* 1. [Cöppen. *Obſ.* 2. *n.* 31.] Diſſen. Tiraq. *de retract. municip.* §. 32.
*gloſ. vnic. num.* 34. & 37. Hanneton. *de feud. lib.* 1. *c.* 3. *in fin.* Alexand. Rau-
denſ. *in tract. de analog. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 198. *cum multis ſeq. & conſ.* 60. *n.*
89. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 400. *n.* 59. *lib.* 4. qui autumant iſtiusmodi pactum
primæ inueſtituræ adiectum non prodeſſe fratribus & agnatis, niſi primus
acquirens illorum nomine feudum recipiat, tanquam procurator ſeu nego-
ciorum geſtor, & deinde ſubſequatur eorundem ratihabitio, aut ſaltem ad-
hibeatur Notarius ipſis feudum ſtipulans. *confer l.* 10. *C. de pact. l.* 11. *ff. de*
*oblig. & act. l.* 7. *in princ. C. de omni agro deſert. lib.* 11: *c. vnic. de duob. fra-*
*trib. a capitan. inueſt.* 2. F. 18. [Quæ ſententia obtinere poſſet in Saxonia,
vbi collaterales ſibi inuicem non ſuccedunt, niſi ſint ſimultanee inueſtiti
Cöppen. *obſ.* 2. *n.* 24.] Aliter diſſen. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 8.
(*ſeu, iuxta veterem editionem*, §. 5.) *num.* 99. *& ſeqq.* Aliter M. Ant. Pe-
regrin. *conſ.* 2. *num.* 44. *lib.* 1. Nec refert, vnus ſit, qui feudum ita a Domino
accipit, an duo fratres, *arg. d. c. vnic. de duob. fratrib. a capitan. inueſt.*
Diſſen. Alexand. Raudenſ. *d. conſ.* 60. *num.* 86. *verſ. diuerſum eſt. vol.* 1. mo-
do inueſtiens & voluntatem & poteſtatem habeat concedendi feudum no-
vum cum qualitate feudi antiqui. Vult. 1. F. 8. *num.* 6. Gail. *d. obſer.* 50. *n.* 1.
Prælatus enim nouo rerum Eccleſiaſticarum feudo tale pactum fruſtra ad-
iiceret. Mynſ. 6. *obſ.* 18. Fachin. *d. c.* 58. Roſenth. *de feud. c.* 2. *q.* 14. Ale-
xand Raudenſ. *in tract. de aaalog. d. c.* 34. *n.* 47. & *d. conſ.* 60. *n.* 87. [Io. Ru-
ding. 1. *var. lect. iur. feud. c.* 26. Ludwel. *d. c.* 3. *p.* 51.] Hæc de feudo nouo,
quod datur iure feudi antiqui. Si autem contra vaſallus feudum vetus iure
feudi noui accipiat, ſibi quidem, agnatis autem minime præiudicat: niſi &
hi ſuo conſenſu probent, aut ratam habeant eam feudi mutationem. Mynſ.
2. *obſ.* 94. & 4. *obſ.* 83. Gail. 2. *obſ.* 49. [Dn. de Rhetz. *p.* 339. *n.* 9. Ludw. *p.* 52.
Cöppen *Obſ.* 2. *n.* 33.] vterque teſtatur ſecundum hanc ſententiam in Impe-

riali Camera iudicatum fuiſſe. Vult. *d. c. 8. n. 7.* Roſenth. *c. 2. q. 17.* Tiber. Decian. *conſ. 90. n. 4. & 5. vol. 3.* Explicari hoc loco ſolet & illud, feudum nouumne in dubio, an vero antiquum præſumatur, hoc eſt, ſi Dominus nouum eſſe contendat, agnatus antiquum, vtri in dubio credendum, & vtri iniungenda probatio ſit? Diſtinguo: Aut Dominus poſſidet feudum controuerſum, aut agnatus, aut neuter. Si Dominus, aut, quod perinde eſt, alius a Domino cauſſam habens, feudum illud non vitioſe poſſidet, agnatus ſuſtinet partes actoris, & probare tenetur feudum eſſe paternum. *c. vn. in fin. de content. inter me & dom. de port. feudi fratr. mei def.* 1. F. 12. *iunct. c.* 1. *item placet. verb. non ſemper de inueſt. in marit. fact.* 2. F. 15. Cuiac. 1. F. 1. *ad §. cum autem.* Schenck Baro *ad c.* 1. *§. ſi vero. num.* 2. *de gradib. ſucced. in feud.* Roſenth. *c.* 2. *q.* 31. Menoch. *de arb. iud. quæſt. lib. 2. caſ.* 191. *n. 6.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 771. *n. 7. vol.* 2. Camill. Gallin. *lib. 5. de verb. ſign. c.* 18. *n.* 294. Teuber. *inter conſ.* Modeſt. Piſt. *vol.* 1. *conſ. 40. num.* 31. *fol. (mihi)* 423. *& n.* 138. *f. 446.* Fichard. *conſ.* 1. *n.* 10. *vol.* 1. *conſ. 3. n.* 1. *& conſ. 9. n. 7. vol.* 2. Diſſ. Fulu. Pacian. *lib.* 2. *de probation. c. 38. n.* 25. Quod ſi fecerit, obtinebit etiam citra iuſiurandum. *c.* 1. *§. cum autem, ſi de inueſt. feud. controu. fuer.* 1. F. *4. c. vn. de controu. inter me & dom.* 1. F. 12. *iunct. c.* 1. *ibi: inopia tamen probationum dirimatur per religionem, de controu. inter domin. & fidel.* 1. F. 10. Cui. 1. F. *7. & ad d. §. cum autem.* 1. F. 1. Sin minus, Dominus (niſi onus probandi in ſe recipere maluerit. *arg. d. c.* 1. *in fin. de controu. inter me & domin.* 2. F. 12. Teuber. *d. conſ. 40. n.* 135. *fol. 446.* vel iuſiurandum agnato referre. *arg. c.* 1. *§. item placet, de inueſt. in marit. fact.* 2. F. 15.) præſtito iureiurando abſoluetur. *d. c.* 1. *ibi: niſi propter ſupra dictam rationem domino. de content. inter me & dom.* 1. F. 12. *iunct. d. c.* 1. *ibi: inopia tamen probationum. de content. inter domin. & fidel.* 1. F. 10. Zaſ. *p. 11. n. 33. & 34.* Schenck Baro *ad d. §. ſi vero dominus, n. 2.* Cuiac. *d. loc.* Roſenth. *c. 2. q. 31. n. 6.* Si autem agnatus ſit in poſſeſſione non vitioſa, Domino incumbit probatio: eoque non probante agnatus abſoluendus eſt. *d. c. 1. in fin. ibi: vel poſſideat, de content. inter me & domin.* Vult. *1. F. 8. n. 8.* Menoch. *d. caſ. 191. n. 2. 3. 4. & de præſumtion. lib. 3. præſ. 93. n. 10.* Maſc. *de concluſ. 771. n. 6.* Sichard. *conſ. feud. 6. n. 7. fol. 154. b.* præſtito tamen prius iureiurando. Cuiac. *ad d. §. cum autem. 1. F. 1.* Schenck Baro *ad d. §. ſi vero, n. 2.* Roſenth. *c. 2. q. 31. n. 6. arg. c. 1. in pr. ſi de feud. defunct. content. ſit. 2. F. 26. c. 1. §. item placet, de inueſt. in marit. fact. 2. F. 15. c. 1. §. cum autem, ſi de inveſt. feud. controu. fuer. 1. F. 4.* Quin etiam licet agnatus partem feudi controuerſam, quam defunctus reliquit, non poſſideat; ſi tamen ipſe aliam

quan-

quantulamcunque eiusdem feudi partem iam ante habuit, eamque ex parte ſeu totam adhuc poſsidet, aut permutatione alioue modo in alium tranſtulit; integrum feudum paternum eſſe præſumitur. *d. c. 1. §. cum autem, ſi de inveſt. feud. controu. fuer. 1. F. 4. c. 1. de content. inter me & domin. 1. F. 12.* Schrad. *p. 2. c. 3. num. 41.* Alciat. *præſumpt. 28. reg. 3. num. 1.* Menoch. *3. præſumpt. 93. n. 12.* ac proinde ſi Dominus non docet feudum nouum eſſe, iusiurandum datur potius agnato, quam ipſi poſsidenti, *d. c. 1. de content. inter me & domin.* Cuiac. *ad d. §. cum autem, 1. F. 1.* Roſenth. *c. 2. q. 30.* quod iusiurandum tam hoc, quam illo caſu ſubire cogitur agnatus, niſi probare malit feudum eſſe paternum, *c. 1. in princ. ſi de feud. defunct. content. ſit. 2. F. 26. d. c. 1. verſ. ſi tamen vaſallus.* ( ex quo verſiculo Cuiac. *1. F. 7. & ad d. §. cum autem, 1. F. 1.* tollit illa verba, *ſiue non:* qua tamen emendatione opus non eſt.) *de content. inter me & dom. 1. F. 12.* aut iusiurandum Domino referre. *c. 1. §. item placet. de inueſt. in marit. fact. 2. F. 15. & d. c. 1. in princ. ſi de feud. defunct. content. ſit.* Roſenth. *c. 2 q. 32. num. 7.* Neutro autem, hoc eſt, nec Domino, nec agnato poſsidente, agnatus in poſſesſionem mittendus eſt, *d. c. 1. in princ. ſi de feud. defunct. content. ſit. 2. F. 26.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 8. ( Al. §. 5. ) num. 107.* Cuiac. *4. F. 2.* Iacob. Kleiſt. *concluſ. feud. dec. 2. concluſ. 10.* Schrad. *p. 2. c. 3. num. 42.* Quod enim vulgo dicitur feudum in dubio potius antiquum, quam nouum præſumi, id ſpectat potisſimum ad hunc poſtremum caſum. *d. c. 1. ſi de feud. defunct. content. ſit. & c. 1. §. fin. de ſucceſſ. fratrum 2 F. 11.* Roſenth. *c. 2. q. 26. num. 1, & 8.* Menoch. *de arb. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 191. n. 7.* Maſcard. *d. concluſ. 771. n. 11.* Camill. Gallin. *lib. 5. de verb. ſign. c. 18. n. 292.* Weſ. *conſ. 9. num. 11. & conſ 82. n. 1.* Franciſc. Pfeil. *conſ. 67. num. 32. vol. 1.* Euerhard. Iun. *conſ. 41. n. 127. vol. 1.* [ tum quia feudum nouum dependet a concesſione noua, & hæc cum facti, præſertim recentioris, ſit probanda, tum propter *L. 56. ff. R. I.* Ludwel. *p. 53.* Conf. Struv. *c. 16. th. 12.* Cöppen *Obſ. 2. n. 30.* ] Diſſen. Matth. de Afflict. *in comment. ad conſtit. Neopolitan. par. 2. Rubr. 24. de ſucceſſ. nobil. n. 50.* Iaſ. *conſ. 24. n. 17. l. 3.* & Alexand. *conſ. 26. n. 7. vol. 5.* qui volunt feudum in dubio nouum præſumi. Alitet Crauet. *de antiq. tempor. part. vlt. n 6. verſ. quid dicendum,* & Fulv. Pacian *de probation. l. 2. c. 38. n. 27.* opinantes, etiamſi neuter poſsideat, feudum tamen neque nouum, neque antiquum præſumi; ſed probationem ei iniungendam eſſe, qui hoc vel illud aſſerit. [ Quorum ſententia non eſt improbabilis.] Aliter Fachin. *7. controu. iur. 59.* qui ſimiliter neutrum præſumi, probationem autem ab vtraque parte exigi, eaque a neutra parte præſtita, iudicem æſtimare oportere autumat, vtrius iureiurando

deci-

decidenda ſit quæſtio. Dixi autem, in dubio. Nam ſi feudi nouitas manifeſta ſit, aut in continenti de illa doceatur, agnatus in poſſesſionem mitti non debet. Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 1. *c.* 6. *verſ. quod ſi dominus* Schrad. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 41. Roſenth. *c.* 2. *q.* 29. *n.* 2. & 3. [Dn. Horn. *diſſ.* 3. *th.* 20.] Poſteaquam vero in poſſesſionem conſtitutus eſt, cauſſa principalis tractatur, eademque obſervanda ſunt, quæ in caſu præcedenti, nempe cum ipſemet agnatus poſſesſionem Domino prævertit, *d. c.* 1. *in prin. ſi de feud. defunct. content. ſit*, 2. F. 26. Hæc ita regulariter. Fit autem interdum, vt iusiurandum posſidenti ex probabilibus cauſis plane remittatur, *c.* 1 §. *ſacramentum, de conſuetud. recti feud.* 2. F. 33. Pacian. *d. c.* 38. *num.* 15. *lib.* 2. aut vt militent pro actore, ſiue Domino, ſiue agnato tam efficaces præſumptiones, vt, licet intentionem ſuam non omnino impleuerit, iudex tamen (cuius arbitrio ac poteſtati hoc relictum eſt) ei potius, quam posſidenti aut in poſſesſionem miſſo iusiurandum deferat, *d. c.* 1. §. *ſacramentum. de conſuetud. rect. feud.* 2. F. 33. Cuiac. *ad d.* §. *cum autem*, 1. F. 1. & 2. F. 11. *in fin.* Kleiſt. *concl. feudal. dec.* 2. *concluſ.* 10. Fachin. *d. c.* 59. Camill. Gallin. *lib.* 5. *de verb. ſignif. c.* 20. *n.* 148. Maſcard. *d. concl.* 771. *n.* 12. Menoch. *d. caſ.* 191. *num.* 8. Diſſent in vniuerſum Hotoman. 2. F. 11. §. *fin.* & *tit.* 15. §. 2. inſimulans hac in parte textus iuris feudalis abſurditatis & repugnantiæ.

## VI.

VI. Feudum diſtinguitur in Nobile & Ignobile ſeu plebeium *a*. Nobile dicitur, cui nobilitandi vis ineſt *b*. Eſtque Regale vel Non Regale *c*. Regale *d* eſt feudum nobile ſupremi Principis auctoritate *e* conceſſum, cum annexa dignitate regali *f*. Non regale, quod regalis dignitatis expers eſt *g*. Ignobile autem ſeu Plebeium feudum *h* eſt, quod vi nobilitandi caret *i*.

a) *c.* 1. *quis dicatur dux.* 2. F. 10. *iunct. c.* 1. *in princ. de pace tenend. inter ſubd. & iuram. firmand.* 2. F. 53. *l.* 3. §. *pen. ff. ſtellionat.* Vult. 1. F. 8. *n.* 9. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 40. *num.* 3. Eguin. Baro *lib.* 1. *de iure benefic. c.* 2. Diſſentire videtur Hotoman. *ad d. tit.* 10. §. *cæteri vero.* Aliter Nicol. Intrigl. *cent. feud.* 1. *q.* 31. *n.* 36. [Quem refutat Ludwel. *Tr. de diuiſ. feud. c.* 2. *p.* 35. Hunn. *Tr. feud. c.* 6. *diu.* 3.]

b) non quidem ſua natura, ſed ex accidenti, tanquam medio, cui hanc vim nobilitandi tribuit Princeps ſeu conſuetudo. *d. c.* 1. *ibique* Aluarot. Schenck Baro, Cuiac. & alii. *quis dicatur dux.* Gail. *de arreſt. Imp. c.* 6. *n.* 9.

Ant. Scappus *de iure non ſcripto lib.* 2. *c.* 12. *num.* 2. & 3. Rittershuſ. 1. F.
*44. q. 8.* Roſenth. *c. 2. q. 2. n. 2.* Menoch. *conſ.* 825. *n. 68. lib. 9. & conſ.* 910. *n.*
*8. &* 10. *lib.* 10. [ Alii Nobile feudum dicunt, quod cum voluntate nobili-
tandi ab eo, qui poteſtatem eam habet, conceſſum; ita vt nobilitas a per-
ſona, non a re dependeat. Struv. *c. 3. th. 5. n.* 1. Ludwel. *c. 3. p. 43.* Dn. Horn.
*Exercit 3. th.* 25. Quorum ſententia verior videtur. Cum & feudis imperii
applicari poſſit. vid. Itter. *de feud. Imp. c. 3. §. 4.*] Eorum autem, qui per
feuda nobilitantur, in iure noſtro feudali ponuntur quatuor ordines. Pri-
mus eſt Ducum, Marchionum, Comitum, &c. qui olim proprie Regni ſeu
Regis Capitanei dicebantur. *c.* 1. *§. dux, marchio & §. fin. de his, qui feud.*
*dare poſſ.* 1. F. 1. *c. vnic. de natur. feud.* 1. F. 7. & *d. c.* 1. *quis dicatur dux.* 2.
F. 10. hodie generali ſignificatione appellantur Principes, Knich *de iure ter-*
*rit. c.* 1. *num.* 296. *verſ. de ſtylo, & num.* 300. *ac ſeqq.* & Status Imperii, Vult.
*in exeg. feud. verſ. hoc qui dat*, Ioan Gemmel *de feud p.* 2. *in princ.* Hos
autem de feudo regali inueſtitos ad regiam quandam dignitatem. [ Qualis
ſit illa regalis dignitas docet Itterus *d. c. 3. §. 8.*] aſpirare & præcellentem
nobilitatem conſequi, conſtat inter omnes, *d. c. 1. quis dicatur dux. c. 46.*
*ibi: nobilis viri Marchionis Miſnenſis, extr. de teſtib. c. 2. ibi: nobilem virum*
*Comitem Bolon. regis Portugalliæ fratrem; de ſupplend. neglig. prælat. in 6.*
Chaſſan. *de glor. mund. p. 8. conſid. 46.* Tiraq. *de nobilit. c. 6. num. 51.* Adrian
*ad num. 106.* Peregrin. *conſ. 20. num. 7. lib. 1.* [ Klock. *T. 3. conſ. 182. num. 241.*
Nolden *de ſtatu Nobil. c. 5. n. 51. ſeqq.* Sed hoc minoribus prædiis nobili-
bus non applicandum. Itter. *d. c. 3. §. 4.* Neque ſemper in regalibus feudis
Imperii obtinet. Idem *d. c. 3. §. 9. & 10.* ] Eiusque rei illuſtre exemplum
in Imperio nobis exhibent Principes Eccleſiaſtici, qui ( etſi eorum nonnulli
plebeio genere ſint prognati ) per Imperii feuda ad apicem ac faſtigium no-
bilitatis ac dignitatis euehuntur, Gail. *1. obſ. 30. num. 4. & 5.* Modeſtin. Piſt.
*conſ. 49. num. 3. vol. 2.* Secundus ordo eorum eſt, qui a Rege ſeu Imperato-
re, vel a memoratis Regni ſeu Imperii Capitaneis & Principibus de plebe
aliqua, vel plebis parte gubernanda, veluti de caſtro, ciuitate, villa, cum iu-
risdictione, citra ſpecialem regalis dignationis titulum, inueſtiti ſunt, pri-
mitus quidem proprie Regni ſeu Regis Valuaſores, item Valuaſores maiores,
poſtea vero improprie Capitanei dicti, *d. c. 1. §. dux, marchio. & §. fin. qui*
*feud. dare poſſ. 1. F. 1. c. vn. de natur. feud. 1. F. 7. c. vnic. quib. mod. feud. a-*
*mit. 1. F. 17. & c. 1. quis dicatur dux. 2. F. 10.* ex quo hoc textu de nobilitate co-
rum apparet; cuius & aſſertores ibi ſunt Schenck Baro, Cuiac. & Dd. com-



muniter.

muniter. Carol. Tapia *ad rubric. ff. de conſtitut. Princip. c. 4. num 120.* Guid. Pap. *deciſ. 385.* & Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 15. (Al. §. 9.) n. 2. & 3.* Tertius ordo eſt valuaſorum minorum, qui a maioribus illis, & quartus minimorum ſeu valuaſinorum, qui a minoribus valuaſoribus inueſtiti ſunt, *d. c. 1. de natur. feud. 1. F. 7. c. 1. in fin. an marit. ſucced. vx. 1. F. 15. iunct. tit. ſeq. & d. c. 1. quis dicatur dux.* [ Quæ tamen diſtinctio Valuaſorum, in feudis Imperii vſum non habet. Itterus *d. c. 3. §. 2.* ] Vtrique tum demum per feuda nobilitantur, ſi ea cum annexo militiæ onere, antiquitus in hac familia reſederint, *d. c. 1.* & ibi Cuiac. *quis dicatur dux.* Iacob. Kleiſt. *concluſ. feud. dec. 4. concluſ. 5.* Borcholt. *de feud. c. 4. n. 14. & 15.* Diſſent. quoad ſecundum, tertium & quartum ordinem, Duaren. *de feud. c. 4. n. 8.* quoad vero ſolum vltimum ordinem Aluar. *in d. c. 1. n. 3. verſ. quod intelligas quis dicatur dux.* Schneid. *de feud. p. 1. n. 34.* Schrad. *p. 2. c. 3. n. 16. iunct. n. 14.* Varias aliorum opiniones recenſent Tiraq. *de nobilit. c. 7.* Roſenth. *de feud. c. 2. q. 2.* & latisſime Nicol. Intrigl. *cent. feud. 1. q. 31.* Primi ordinis vaſallis nobilitatem per feudum tribuit Rex ſeu Imperator: idem, vel etiam Regni ſeu Regis Capitanei, illam tribuunt vaſallis ordinis ſecundi. Competit enim vtrisque nobilitandi poteſtas: Imperatori quidem iure maieſtatis in toto Imperio Romano. Regner. Sixtin. *de regal. c. 2. n. 26. & 27.* Bodin. *de Repub. lib. 3. c. 8. n. 355. f. 564.* Carol. Tapia *ad rubr. ff. de conſtitut. Princip. c. 4. n. 112.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 2. c. 26. num. 19. & ſeqq.* Peregrin. *conſ. 84. n. 13. lib. 1.* Pruckm. *conſ. 22. n. 44. & 45.* Principum vero Imperii cuilibet quoad ſuum tantum Principatum, Vult. *1. F. 8. num. 10. verſ. ignobile feudum*, Knich. *de Saxonic. non prouoc. iure. verb. Ducum Saxoniæ. c. 1. n. 39. & 63. & de iure territ. c. 4. n. 4.* Obrecht. *diſp. feud. 2. c. 5. num. 28.* Roſent. *de feud. c. 2. q. 2. n. 9.* vide omnino Herman. Kirchnerum *in tract. de legation. c. 3. n. 11. cum aliquot ſeq.* Poteſtas autem nobilitandi non ſufficit, niſi ſimul adſit nobilitandi voluntas, Carol. Molin. *in l. 1. §. ſi quis ita, num. 34. ff. de verb. oblig.* Alexand. Raudenſ. *in tractat. de analog. c. 34. num. 37. & 38.* Feuda enim etiam ſine nobilitate ab illis dari poſſunt, & nobilitas ſine feudis, Vult. *1. F. 8. n. 9. & 10.* Indeque fieri exiſtimatur, vt interdum aliquis ab Imperatore inueſtiatur de Ducatu aut Comitatu, nec tamen appelletur Dux aut Comes, ſed tantum poſſeſſor Ducatus aut Comitatus, Einhaber des Fürſtenthums oder Graffſchafft/ Roſent. *de feud. c. 2. q. 2. n. 9.* vide ſubſcriptiones Receſſuum Imperii. [ Conf. Carpz. *Diſp. Feud. 7. poſ. 15.* Itterus *c. 3. §. 9.* ] Ex dictamine tamen iuris noſtri feudalis, ſi Imperator aut alius poteſtate nobilitandi præditus, feuda ex conſuetudine nobilia, veluti

Ducatum,

Comitatum, Baronatum, alicui conceſſerit, in dubio voluntatem quoque conferendæ nobilitatis habuiſſe cenſebitur, *arg. d. c. 1. quis dicatur dux. 2. F. 10.* Maſcard. *de probation. concl. 1094. n. 5. vol. 2.* Vult. *d. c. 8. n. 10.* Roſenth. *d. c. 2. q. 2. in fin. & c. 9. q. 55. n. 4. & 5.* Gail. *de arreſt. Imp. c. 6. n. 9.* [Itterus *d. c. 3. §. 10. p. 105.* Diſſent. Ziegl. *de Iur. Mai. l. 1. c. 28. n. 27.* Schultz.. *Synopſ. feud. c. 3. n. 85. iunct. n. 80.*] Tertium & quartum vaſallorum ordinem quod attinet, hi non tam a Dominis feudum dantibus, qui duntaxat huic rei occaſionem præbent, feudum dando, quam a conſuetudine, per feudum tamen, nobilitatem conſequuntur. Quin autem poſſit conſuetudo hominem ortu plebeium reddere nobilem, dubium non eſt, Tiraq. *de nobilit. c. 10. num. 1. & ſeqq.* Menoch. *de arbit. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 67. n. 4.* Pacian. *de probation. lib. 2. c. 26. num. 42.* [Imo hos nobilitatem non conſequi verius dici poſſet, propter ea quæ notata ſunt, ſupra *in pr. h. lit. b.* Nec de illa conſuetudine adhuc dum conſtat: imo contrarium patet ex iis quæ *in fin. h. pag.* ſubiungit ipſe Autor.] Illud in obſcuro eſt, cum eiusmodi minores minimique valuaſores non eximantur plebeiorum numero, niſi ab antiquis temporibus beneficium tenuerint, quodnam hic requiratur temporis ſpatium? Nos, quia textus non definit pendemus ab arbitrio iudicis, *arg. l. 1. §. vlt. ff. de iure delib. l. 13. ff. de teſtib. l. 1. §. 1. in fin. de effractorib.* quem tamen iudicem probabili coniectura inſtruit Hotoman. *ad d. c. 1. verb. qui a capitaneis, quis dicatur dux. 2. F. 10. ex l. fi. C. de his, qui non impl. ſtipend. lib. 10. l. 1. C. de excuſation. veter. an. l. 9. C. quand. prouoc. non eſt neceſ.* In Saxonia ſolum feudum Regale nobilitandi effectum habet. Reliqua nobilia feuda (Adeliche oder Ritterlehen) ita dicuntur, non quod vaſallus conſequatur ratione feudi nobilitatem; ſed quod qui iam ſunt vere nobiles, vt nobiles (poſſunt enim, vt quiuis alius, etiam plebeia feuda ſibi comparare: & contra, plebeii feuda nobilia, Hippol. a Collib. *in Nobili ſuo, num. 28.* Tiraquel. *de nobilit. c. 7. num. 14.*) de iſtis feudis inueſtiantur, Lehenrecht/ *c. 2. & 20. ibi:* Es erhöhet nichts des Mannes Schild den Fahnlehen/ *& gloſ. ad c. 78. fac. gloſ. prima* Landr. *lib. 1. artic. 27.* Schrad. *de feud. p. 2. c. 3. num. 15.* confer. Matth. Coler. *deciſ. 203. num. 27.* Qua in parte cum iure Saxonico conſentire videntur mores totius Germaniæ. Roſenth. *de feud. c. 2. q. 2. n. 9.* Uti quoque in Gallia viget eadem conſuetudo. Eguin. Baro *lib. 1. de iure benef. c. 3. verſ. ſane beneficia.* Cont. *in method. de feud. Rubr. de diuiſ. feud.* Bodin. *de Repub. lib. 3. c. 8. n. 355. fol. 565.* Ac proinde a poſſeſſione feudorum non regalium apud Nos certum nobilitatis argumentum deſumi nequit. Eguin. Baro. *d. c. 3. verſ. ſunt enim &*

mores, vide Adrian. Gilman. in Symphor. ſupplic. & vot. Cameral. tom. 4. p. 1. vot. 30. In Hiſpania vero omne feudum, pro quo ſecundum vſum ac conſuetudinem illius Regni præſtatur militare ſeruitium, nobile cenſeri, auctor eſt Nicol. Intrigl. cent. feud. 1. q. 31. n. 25.

c) Vult. 1. F. 8. n. 10. Eguin. Baro lib. 1. de iure benefic. c. 3.

d) Germani vocant ein Fahnenlehen; quia Principes ſeculares olim in publico conſeſſu de illis feudis ab Imperatore cum vexillis inueſtiri ſolebant, quod ante paucos annos in deſuetudinem abiiſſe ſcribit Andr. Knich. de Saxonic. non prouoc. iure. verb. Ducum Saxoniæ, c. 4. n. 55. vide eundem in tract. de iure territ. c. 1. n. 329. & ſeqq. Schneid. p. 1. num. 30. Schrad. p. 2. c. 3. n. 6. [add. Höpping. de Iure Inſign. c. 17. n. 33. Obrecht. de Vexillo Imperii c. 3. ill. Dn. de Rhetz. ad 1. F. 14. p. 409. ſeq. Mylerus ab Ehrenb. de Princip. Imp. c. 91. n. 6. Itterus de feud. Imp. c. 9. §. 34. vbi diſſentientes citat.]

e) c. 1. quis dicatur dux. 2. F. 10. c. 1. de lege Conradi. 2. F. 34. Clarus §. feudum. q. 10. n. 1. Renat. Choppin. de doman. Franc. tit. 26. in princ. lib. 3. Ludouic. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. c. 13. n. 5. Knich. de iure territ. c. 1. n. 322. & 328. Auctoritate autem ſupremi Principis feudum regale concedi intelligitur, ſiue concedat ſummus Princeps ipſe, ſiue alius, cui eam poteſtatem dedit. Vult. 1. F. 8. n. 10. Roſenth. c. 2. q. 1. n. 3. [Itterus c. 3. th. 11. p. 111.]

f) Aur. Bul. Caroli. IV. tit. 20. c. 1. §. fin. de alien. feud. 1. F. 13. iunct. tit. ſeq. c. 1. quis dicatur dux. 2. F. 10. Gail. 2. obſ. 153. n. 1. Knich. de iure territ. c. 1. n. 322. cum ſeqq. & de Saxonic. non prouoc. iure. verb. Ducum Saxoniæ. c. 3. num. 228. & ſeqq. Roſenth. de feud. c. 2. q. 1. num. 3. Talis autem eſt dignitas Electoralis Aur. Bul. Caroli IV. d. tit. 20. & 26. Vult. 1. F. 8. n. 10. Schrad. p. 2. c. 3. n. 3. quam ab Imperatore Ottone III. primum inſtitutam fuiſſe, ex crebriori Hiſtoricorum & Iuriſconſultorum ſententia, contra alios diuerſimode diſſentientes erudite probant Simon Schard. lib. ſingul. de Elect. orig. c. 1. Petr. Heig. quæſt. iur. lib. 1. quæſt. 3. & Andr. Knich. de Saxonic. non prouoc. iure. verb. Electorum, c. 1. [Diſſentit Struuius c. 3. th. 7. n. 13.] Item dignitas Regni. Eguin. Baro in c. vnic. de feud. March. 1. F. 14. Regner. Sixtin. in tract. de regalib. c. 2. num. 15. & ſeqq. vbi vide exempla, & plura apud Bodin. de Repub. lib. 1. c. 9. paſſim per tot. ac Vincent. Cabot. lib. 1. var. diſp. iuris publ. & priu. c. 12. Archiducatus, Vult. 1. F. 4. n. 14. Knich. de Saxonic. non prouoc. iure. verb. Ducum. Saxoniæ. c. 4. n. 13. Ducatus, d. c. 1. de feud. March. 1. F. 14. P. Heig. 1. q. 2. n. 33. & ſeqq. Landgrauiatus. Knich. d. c. 4. num. 29. & 44. Roſenth. c. 9. q. 55. n. 2. Marchionatus: Comitatus. c. 1. in fin. de alien. feud. 1. F. 13. & tit. ſeq. c. 1. cum ibi notat. quis dicatur dux. 2. F.

fin.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0054-0

*10.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 2. c. 36. n. 1.* Sichard. *conſ. feud. 8. n. 51. f.*
*169.* Burggrauiatus, Knich. *d. c. 4 n. 44. & ſeqq.* Adrian. Gilman. *tom. 1. ſup-*
*plic. & vot. Camer. p. 3. vot. 23. n. 42. & ſeqq.* Baronatus, Schrad. *p. 10. ſect. 1.*
*n. 22. & ſeqq.* Knich. *de iure territ. c. 1. n. 300.* Frider. Pruckman. *conſ. 27. n. 17.*
& ſimiles, Roſenth. *c. 2. q. 1. n. 4. & c. 9. q. 55. num. 2.* Diſſ. omnino Henric.
Bocer. *claſſ. 4. diſp. 12. n. 21.* [ Conf. Itterus *c. 3. §. 13. 14. 15.* Vbi de his digni-
tatibus Regalibus prolixe agit.] Sunt autem feuda Regalia indiuidua; cæ-
tera regulariter diuidua, *c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per*
*Frid. 2. F. 55. c. 1. §. omnes. ſi de feud. defunct. content. ſit*, 2. F. 26. Vnde e-
nata feudi diſtinctio in diuiduum & indiuiduum, de qua Vult. *1. F. 8. n. 36.*
Sed nouiſſima Germaniæ conſuetudine etiam Regalia feuda ( excepto Ele-
ctoratu. *Aur. Bul. Caroli IV. tit. 24. verſ. decernimus igitur.* ) diuidua effecta
ſunt, Gail. *2. obſ. 153. n. 2.* Roſ. *de feud. c. 9. q. 56. n. 5.* Knich. *de Saxonic. non*
*prouoc. iure. verb. Ducum Saxoniæ. c. 3. per tot.* Modeſtin. Piſt. *conſ. 50. n. 39.*
*vol. 2.* Franciſc. Pfeil. *conſ. 78. n. 79. & 85. vol. 1.* Fichard. *conſ. 135. n. 7. vol. 2.*
[Klock. *P. 3. Conſ. 182 n. 211.* Itterus *c. 13. §. 11.* aliique plures ab his citati.]

g) Sonsb. *de feud. p. 3. n. 9.* Piſo Soac. *in prælud. feud. c. 42. n. 6.* Ro-
ſent. *c. 2. q. 1. n. 6.*

h) quod vulgo Burgenſe appellant, ein Bürger oder Bawersle-
hen / Schneid *p. 1. n. 34.* Obrecht. *diſp. feud. 2. c. 5. n. 69. & 70.* gemein Lehen /
Knich. *de pact. veſtit. p. 1. c. 5. n. 12.*

i) *c. 1. quis dicatur dux. 2. F. 10.* vbi in vulgatis Codicibus legitur:
*Nullum pedagium*, quod Hotomannus ſumi putat pro viatico militari, a pe-
de, pedare & repedare. Eguinarius autem Baro pedagium interpretatur ve-
ctigal, quod ab iis, qui pedibus iter faciunt, exigi ſolet. Cum quo conſen-
tit P. Frid. *de mand. iud. lib. 2. c. 42. n. 2.* niſi quod generaliter pro quolibet
accipit vectigali, & pedagium opinatur dici quaſi bedagium, a Germanico
bedagen / quod ſignificet conſtituere, deputare, &c. indeq; adhuc in multis
Germaniæ locis conſtituta Ruſticorum ordinaria vel impoſita tributa Bede
vocari, *vide c. 26. ext. de verb. ſignif. & clement. præſenti. de cenſib. & exacti-*
*onib.* Sed Cuiac. pro, *pedagium*, ſubſtituit, *Paragium*, parium munus &
dignitatem illo denotari exiſtimans, quod ſequitur Borch. *de feud. c. 4.*
*num. 13.* Denique Iſern. Bald. Afflict. Aluarot. & veteres magis communi-
ter legunt, *Paradogium*, eoque vocabulo nobilitatem Longobardis ſignifi-
cari teſtantur. Vide Tiraq. *de nobil. c. 7. n. 2.* Nos in tanta varietate & in-
certitudine liberum cuiq; relinquimus iudicium.

VII.

VII. Feudum aliud Proprium eſt, aliud Improprium *a*. Proprium *b* eſt, quod communi ac regulari feudi iure cenſetur *c*. Improprium, quod a communi ac regulari feudi iure *d* recedit *e*: vt feudum Emptum *f*: Pignoratitium *g*: Fœmineum *h*: Iniuratum *i*: certi ſeruitii *k*: Francum *l*: Temporale *m* ( qualia ſunt feuda Habitationis *n*, Soldatæ *o*, & Mercedis *p*, vt Guardiæ, Gaſtaldiæ *q*, & ſimilia *r*.) Alienabile *ſ*, aliaque infinita *t*.

a) *c. 1. §. fin. de his, qui feud. dare poſſ. 1.* F. *1. c. 1. §. fin. ibi: nomine proprii feudi. de feud. guard. 1.* F. *2. c. §. fin. qui ſit inueſt. 2. F. c. 1. de feud. non hab. propr. feud. natur. 2. F. 48. & tit. 81. in Extraord.* Schrad. *de feud. p. 2. c. 3. in princip.* Roſenth. *c. 2. q. 52. n. 1* Diſſentire videtur Rittershuſ. *1.* F. *4. q. 1.* [refutatus a Ludw. *c. 3. p. 40.*]

b) quod & Rectum appellari ſolet, Vult. *1. F. 8. n. 37.* Guerr Piſo. *in prælud. feud. c. 40. n. 1.* Zaſ. *conſ. 11. n. 8. & 11. vol. 1.* Fichard. *conſ. 18. n. 8. vol 2.* [Diſſ. Hottom. *in comm. de verb. feud.* & Niell. *diſp. 8. th. 1. lit. A. in f.*] in textibus tamen iuris feudalis ea vox accipi videtur ſtrictius, pro feudo, cuius poſſeſſio iuſta eſt, *tit. 91. in Extraord. iunct. c. 1. in pr. per quos fiat inueſtitura 2. F. 3. c. 1. in pr. iunct. rubr. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. c. 1. §. ſi vero vaſallus*, & ibi Dionyſ. Gothofr. *quid ſit inueſt. 2. F. 2. c. vn. de controu. inter epiſc. & vaſal. 2. F. 20. c. 1. §. ſi inter dominum, de alien. patern. feud. 2. F. 39. & tit. 82. in Extraordin.* Cuiac. *2. F. 4.* [ Ludw. *tr. de diuiſ. feud. p. 4.* ] Apud Nos ſi fiat conceſſio, zu rechter Lehenſchafft/ zu rechtem Lehen/ zu Lehen nach Lehenſchafft Weiß/ oder wie Lehens-Recht/ Art und Eigenſchafft iſt/ de proprio feudo intelligitur, teſte Nic. Euerhard. Iun. *conſ. 41. n. 137. & 153. & conſ. 45. num. 2. vol. 1.* & Ioan. Fichard. *conſ. 10. num. 4. verſ.* und wiewol/ *cum ſeq. vol. 2.*

c) Seu: Eſt feudum iuxta communem feudi rationem, *c. 1. §. fin. quid ſit inueſt. 2.* F. 2. vel propriam feudi naturam, *c. vn. de feud. non hab. propr. feudi nat. 2.* F. *48.* vel deniq; iuxta communem vſum, *c. 1. § cæteri vero, quis dicatur dux. 2. F. 10* ſiue conſuetudinem feudi, *d. c. 1. §. fin. quid ſit inueſt.* conceſſum. Et quidem in dubio ita conceſſum, hoc eſt, proprium. eſſe præſumitur, *d. c. 1. §. fin. ibi gloſ. & Dd. quid ſit inueſt. 2. F.* Menoch. *3 præſumpt. 95. n. 1.* Sonsbec. *de feud. p. 4. n. 2.* Roſenth. *c. 2. q. 54.* Weſenb. *conſ. 74. num. 32.* Euerhard. Iun. *conſ. 41. n. 129. vol. 1.* [ Struu. *c. 16. th. 13. n. 3.*] quia qualitas ab ipſa lege ſeu conſuetudine rei indita, eidem in dubio in

eſſe

eſſe cenſetur, & pacta, quibus a communi feudorum natura receditur, cum in facto conſiſtant, non præſumuntur, Vult. *1. F. 8. num. 52.* Euerhard. Iun. *conſ. 45. n. 1. & 11. vol. 1.* Aliud igitur dicendum eſt de feudis, quæ naturam impropriam habent ex ipſa diſpoſitione iuris feudalis. Ea enim ſine dubio impropria præſumuntur, donec natura, quam illis ius feudale attribuit, ſpeciali conuentione mutata fuiſſe doceatur, *tit.* 81. *&* 105. *in Extraordin. & arg. c.* 1. *in princ. & §.* 1. *de feud. guard.* 1. *F.* 2. *c.* 1. *§. item ſi vaſallus, ſi de inveſt. feud. controu. fuer.* 1. *F. 4.* Statuta autem & diſpoſitiones de feudis concepta, regulariter non tantum de propriis, ſed & de impropriis feudis intelligenda ſunt, niſi in eo ipſo, de quo tractat diſpoſitio, feudorum propriorum & impropriorum diſpar ſit ratio, aut ex aliis circumſtantiis de alia ſtatuentium ſeu diſponentium mente appareat, Vult. *1. F. 8. num. 53. circa fin.* Niel. *diſp. feud.* 1. *theſ.* 11. Roman. *conſ. 70. num. 2.* Diſſ. Schrad. *p. 2. c. 4. n. 65. & ſeqq.* Roſenth. *c. 2. q. 83.* Tiber. Decian. *conſ. 58. n. 38. vol. 2.* Pruckman. *conſ. 2. n. 272.*

d) In iis ſcilicet, quæ mutationi ſunt obnoxia. Habet enim feudum, vt & alii contractus, quaſdam qualitates plane immutabiles: qualis eſt eius forma in mutua Domini & vaſalli fide conſiſtens, Schrad. *de feud. p. 2. c. 2. n. 25. & ſeqq.* Duaren. *c. 2. num. 2.* Cuiac. *de feud. lib.* 1. *in fine prin.* Vult. 1. *F. 7. n. 55. verſ. ex quibus*, Carol. Tapia *in l. fin. p.* 1. *c.* 1. *n. 30. &* 31. *ff. de conſtit. Princip. per l. 9. §. ſed ſi quis, ff. ad exhibend. l. 72. ff. de contrah. empt. l.* 12. *ff. de precar. l. 24. in fin. ff. de præſcr. verb. l. 3. C. de contrah. empt.* & quæ a forma ſeu eſſentia feudi immediate dependent, promanant, eique diſſolubili nexu cohærent, Zaſ. *lib.* 1. *ſing. reſp. c.* 12. Coraſ. *3. miſcel.* 10. *n. 3.* Ioan. Dauth. *in tract. de teſtam. n. 466. & ſeq.* item quarum immutatio iuri publico, quod pactis priuatorum mutari nequit, aut bonis moribus eſſet contraria, *l. 7. §. ait Prætor. & §. generaliter, l. 27. §. pacto, l. 28. l. 38. ff. de pact. l. 55. ff. de legat.* 1. *l. 27. l. 45. §. fin. ff. de reg. iur.* Hotom. *ad c.* 1 *§. f.* ibidemque Schenck Baro. *n. 2. quid ſit inueſt.* [quæ omnia ordine recenſent Wurmſ. *de feud. impropr. claſſ. 3. ſ.* 1. *n.* 16. Ludwel. *c. 3. p.* 41.]

e) *c.* 1. *§. fin. ibi: proprie iure feudi cenſetur, & paulo poſt: non iure feudi iudicatur, de his, qui feud dare poſſ.* 1. *F.* 1. *c.* 1. *§. fin. ibi: præter communem feudi rationem, item ibi: contra feudi conſuetudinem, quid ſit inveſt. 2. F. 2. c.* 1. *§. cæteri vero, quis dicatur dux. 2. F.* 10. *& tit.* 81. *in Extraordin.* Diſſentire videtur Sonsbeck. *p. 4. num. 5. &* 41. Receditur autem a communi & regulari feudi iure, ſeu natura, in quibusdam feudis ex ipſa iuris feudalis diſpoſitione, vt in feudo Guardiæ, Gaſtaldiæ, Soldatæ, habitationis

tionis & ſimilibus, c. 1. de feud. guard. 1. F. 2. c. 1. §. fin. de pign. dato feud. 1. F. 11. d. c. 1. §. cæteri vero, quis dicatur dux. 2. F. 10. & in Extraordin. tit. 81. 94. & 105. in quibusdam vero ex pacto & conuentione, item ſtatuto ac conſuetudine ſpeciali, c. 1. §. final. de feud. marchiæ, 1. F. 14. d. c. 1. §. fin. quid ſit inueſt. 2. F. 2. c. vnic. de feud. non hab. propr. feud. natur. 2. F. 48. c. vnic. de natur. ſucceſſ. feud. 2. F. 50. Et quidem vnumquodque feudum eatenus tantum improprium eſt, quatenus a communi illa feudi natura deflexum apparet, in reliquis omnibus proprium manet, propriique feudi iure cenſetur, dict. c. vnic. de feud. non hab. propr. feud. natur. 2. F. 48. Schrad. p. 2. c. 4. n. 73. & ſeq. Roſenth. c. 2. q. 54. n. 2. Caualcan. deciſ. 36. n. 213. p. 2. Surd. conſ. 63. n. 29. lib. 1. & conſ. 243. n. 27. & 28. lib. 2. Pruckman. conſ. 13. n. 23. & conſ. 48. n. 134. Euerhard. Iun. conſ. 41. n. 186. vol. 1. conſ. 20. num. 17. & conſ. 39. n. 5. vol. 2. Ex quo fit, vt quandoque feudum concedatur, zum wahren / rechten Lehen / quod tamen reuera improprium eſt; proprium vero appellatur reſpectu illarum qualitatum, quæ expreſſa conuentione mutatæ non ſunt, Roſenth. d. c. 2. q. 65. n. 4. Knich. de pact. veſtitur. p. 1. c. 1. n. 16. cum ſeqq.

f) Siue conſenſu Domini a vaſallo tertius, ſiue a Domino proprietatis ipſe vaſallus ex cauſſa emptionis, inueſtitura interueniente, feudum acquiſierit, c. 1. §. fin. de his, qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. c. 1. de feudo guard. 1. F. 2. c. 1. de natur. feud. 1. F. 7. c. 1. de feud. datis minim. valuaſ. 1. F. 16. c. 1. de beneſ. fratr. 1. F. 20. c. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin. 1. F. 24. c. 1. de inueſt. in marit. fact. 2. F. 15. c. 11. extr. de reb. Eccl. alienand. vel non Cuiac. ad §. item illud, 1. F. 1. Vult. 1. F. 8. n. 44. Ant. Scappus de iure non ſcripto, l. 2. c. 13. n. 3. & 4. Fichard. conſ. 10. n. 3. vol. 1. Nic. Euerh. Iun. conſ. 50. num. 67. vol. 2. Diſſen. gloſ. in d. c. 1. de benefic. fratr. vide Ant. Gabriel lib. 3. commun. concluſ. tit. de feud. concluſ. 2. & And. Knich. de pact. veſtitur. p. 1. c. 3. num. 258. cum ſeqq. Degenerantibus autem & impropriis feudis accenſendum hoc eſſe, nouiſſime oſtendit Vult d. c. 8. num. 25. arg. c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. & c. 1. in princ. de feud. dato inuic. leg. commiſſ. 1. F. 27. adde Gail. 2. obſ. 159. n. 3. & 4. Iacob Kleiſt. concluſ. feud. dec. 3. concluſ. 2. Roſenth c. 2. q. 61. n. 1. & Surd. conſ. 407. num. 20. lib. 3. Diſſ. Sonsbec. p. 2. n. 7. & ſeq. cui videntur aſtipulari Weſ. conſ. 2. n. 91. & Euerhard. Iun. conſ. 10. num. 26. vol. 2. [ quorum opinio firmiori nititur fundamento; Nam præterquam quod emtio naturam feudi non alteret, emique poſſit beneficium, hæc pecunia non tam eliciendi, quam remunerandi beneficii gratia, data cenſetur Struv. c. 4. th. 15. n. 2. Ludw. p. 66. Hattyſer. c. 3. lit. f. ] De feudis emptis ſub pacto de reuendendo, Wider-

kauff-

kaufflichen Lehengütern / vide in ſpecie differentem And. Rauchbarum *de-*
*ciſ. 37. a n. 14. vſq́; ad fin.* [addatur Itterus. *de feud. imp. c. 21. §. 25.*]

g) Feudum pignoratitium (vulgo Pfandlehen/) illud dicitur, de
quo Dominus accepta certa pecuniæ ſumma, & reſeruata ſibi reluendi
facultate, aliquem inueſtit. Schrader. *de feud. p. 2. c. 4. n. 57.* Knich. *de pact.*
*veſtit. p. 1. c. 3. n. 256.* Roſent. *c. 2. q. 57. & c. 6. q. 80. n. 11.* vbi docet, hoc feu-
dum redimi poſſe quouis tempore, etiamſi per 30. aut 40. annos in poſteri-
oribus inueſtituris, reluitionis ſeu pignoratitiæ illius qualitatis nulla mentio
facta ſit, atque ita in Imperiali Camera iudicatum fuiſſe in cauſſa Heſſen
contra Guttenberg. [Hoc feudum propterea improprium dicitur, quia a
domino quouis tempore, ſi pecuniam ſoluat redimi poteſt, & fœminæ alii-
que heredes non feudales, vsque dum ſoluatur pecunia, ius retentionis ha-
bent. Struv. *c. 4. th. 14. n. 1.* Wurmſer. *de feud. Impropr. cl. 3. Sect. 7.*] Inter-
dum abuſiue feudum pignoratitium vocatur, quod a vaſallo conſenſu Do-
mini, nulla intercedente inueſtitura, alicui pignori eſt obligatum & tradi-
tum. Sed tale ius pignoris feudale non eſt; ſed mere allodiale, vide And.
Rauchb. *deciſ. 37. n. 4. cum ſeqq.* [Schultz. *Syn. feud. c. 3. n. 15.*]

h) Fœmineum feudum (Weiber oder Kunckel-Lehen) cui maſcu-
linum opponitur, in textibus iuris feudalis dicitur reſpectu ſolius primæ
acquiſitionis, nempe feudum, de quo mulier primum inueſtita eſt, *c. 1. de*
*feud. fœmin. 2. F. 30. c. 1. de natur. ſucceſſ feud. 2. F. 50.* Vult. *1. F. 8. n. 3.* Cuiac.
*1. F. 12.* Vinc. Cabot. *lib. 1. diſp. iur. publ. & priu. c. 19.* Hartm. Piſt. 2. *q. 34.*
*num. 13.* idq; cum tranſit in deſcendentes, maternum appellatur, ſicut feu-
dum vetus a maſculo acquiſitum, paternum, *c. unic. an marit. ſucced. vx. 1.*
*F. 15.* (quem textum male emendat Cuiac. *d. tit. 12.* vide Hartm. Piſt. *d. q. 34.*
*n. 26.*) Roſenth. *c. 2. q. 6. n. 5.* Vſus tamen obtinuit, vt in largiori ſignifica-
tione in genere feudum fœmineum dicatur, quod in fœminas eſt tranſito-
rium: [alii diſtinguunt inter feudum fœmineum & fœminæ. Bitſch. *ad. 2.*
*F. 30. p. 559.*] illiq; paſſim in inueſtituris feudum maſculinum (Mannlehen)
hoc poſteriori ſenſu opponitur, Roſenth. *d. c. 2. q. 7. n. 1.* Fichard. *conſ. 18. n. 5.*
*verſ.* Doch halt ichs darfür / *& n. 8. verſ.* wiewol ſich. *vol. 2.* Nic. Euer.
Iun. *conſ. 41. n. 152. & ſeq. vol.* 1. ac proinde feudum illud a fœmina primi-
tus acquiſitum, vtpote ſua natura non minus, quam ex ſpeciali pacto in
fœminas tranſitorium, tali reſpectu ſub hoc, tanquam ſpecies ſub genere
ſuo, comprehendi poteſt, per ea, quæ tradunt Vult. 1. *F. 9. n. 40.* Hartm. Piſt.
*d. q. 34. n. 18. cum ſeqq.* Fach. *7. controu. iur. 38.* & Roſen. *c. 7. q. 35. arg. c. 1.*
*verſ. ad filias, de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucced. in feud.* 2. F. 11. *d. c. vn. de*

*feud.fœm.* 2. *F.* 30. *c.vn.de nat.ſucceſ.feud.* 1. F. 50. *& in Extraord. tit.* 104. §. *iugales*. Diſſ. gloſ. & Hotom. *ad d. c. vnic. de feud.fœmin.* [ Exempla feudorum fœmineorum recenſet Myler. ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. c.* 24. Itter *de feud. imp. c.* 14. §. 15. In dubio potius cenſetur maſculinum Itter *d. l.* §. 11. ] Quod autem nonnulli etiam reſpectu fœminæ concedentis feudum fœmineum appellant, merito diſplicuit Vulteio 1. *F.* 8. *n.* 3. Diſſ. And. Knich. *de pact. veſtit. p.* 1. *c.* 3. *n.* 17. [ de feudo mixto vid Struu. *c.* 4. *th.* 17. *n.* 4. Wurmſer *de feud. improp. claſſ.* 3. *ſect.* 3. *n.* 63. Carpz. *disp. feud.* 2. *th.* 4. ]

i) *c.* 1. §. *fin. per quos fiat inueſt.* 2. *F.* 3. *iunct. tit. ſeq. in fi. c.* 1. §. *eſt & alia, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* 2. *F.* 24. *c.* 1. *in pr. de capit. Corr.* 2. F. 40. *c. vn, in fin. qual. dom. propriet. feud. priu.* 2. F. 2. 47. *& tit.* 76. *in Extraordin.* Roſenth. *c.* 2. *q.* 60.

k) *c.* 1. §. *fin. quid. ſit inueſt.* 2. F. *c.* 1. *in fin. inquib. cauſ. amitt.* 2. F. 23. *& tit.* 104. *in Extraordin.* Vulgo appellatur feudum conditionatum ſeu conditionale, Setzlehen / *tit.* 75. *&* 89. ibi Cuj. *in Extraord.* idem Cuj. 2. F. 3. *non procul. a fi. &* 4. F. 5. Zaſ. *p.* 12. *n.* 13. Roſen. *c.* 2. *q.* 63. *n.* 3. Vinc. de Franchis *dec.* 154. *n.* 4. [ Ludw. *p.* 59. ] Huc pertinere videtur feudum Caſtrenſe (noſtra lingua ein Burglehen) quod datur ad hoc, vt vaſallus Dominum iuuet in certo aliquo caſtro, vel oppido defendendo, Schrad. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 17. Roſent. *c.* 2. *q.* 78. [ quo ſpectant pacta Ganerbinatus Wurmſ. *cl.* 3. *p.* 21. Kylling. *de pact Ganerbin disc.* 18. *n.* 4. ] (vbi obiter notandum, hoc genus feudi etiam in Curia Fuldenſi & Hersfeldenſi pro maſculino haberi, ſicut innuunt Knich. *p.* 1. *c.* 4. *num.* 40. & Fich. *conſ.* 18. *num.* 5. *verſ.* Doch halt ichs darfür / *vol.* 2.) Feuda item aulica (Hofflehen) quæ Mareſchalli, Camerarii, Pincernæ & Dapiferi hereditarii pro ſuo iſto officio poſſident, Vult. 1. F. 8. *n.* 49. Schrad. *d. c.* 4. *n.* 54. Roſen. *d. c.* 2. *q.* 70. *n.* 3. Erant autem hæc quatuor munia, ſine quibus nullus Principatus iuſtus habebatur, olim temporaria. Sed ſub Imperatore Ottone III. in ipſo Romano Imperio, & paulatim quoq; apud Principes Imperii hereditaria facta, & in Imperio quidem Principibus Electoribus; apud Principes vero quibuſdam egregiis equeſtribus familiis iure perpetuo adſcripta fuerunt. Marq. Freher. *ad Carol. III conſtit. de feud. verb. officiarios ſpeciales*, Knich. *de Saxonic. non prouoc. iure verb. Electorum, c.* 1. *n.* 45. 83. 84. 85. 86. 87. 88. *& paſſim per tot.* [ Wehner *Theſaur. Pract. voc.* Hofflehen. Itterus *c.* 3. §. 21. *ſeq.* ] Subiici quoq; feudo conditionato poteſt feudum cenſuale. Siue enim magnus, ſiue exiguus canon vel cenſus, cum onere ſeruitiorum perſonalium, aut ſine illo, inde debeatur,

modo debeatur & fidelitas, feudum hoc erit, & quidem improprium, *c. 2. verſ. præter hæc regnum, de ſentent. & reiudic. in 6.* Guerr. Piſo *in prælud. feud. c. 40. num. 38. & ſeqq.* Roſenth. *c. 2. q. 63. & c. 7. q. 33. num. 25.* vbi vide diuerſas diſſentientium ſententias, Bodin. exempla ſuppeditans *lib. 1. de Repub. c. 9. n.* 109. 120. 125. *&* 134. Idem iudicium eſto de feudis Ruſticorum, quæ vulgo vocantur Churmiedt oder Hubgüter/de quibus Roſen. *d. c. 2. q. 64.* [ ill. Dn. de Rhetz 1. *F. 12. n. 14.*]

l) hoc eſt, liberum ab omni ſeruitio & onere, ein frey Lehen / *c. vn. verſ. ſoldata autem, quis dicatur dux. 2.* F. 10. *& in Extraord. tit.* 104. Gemmel. *de feud. p. 2. ſect. 9.* vbi dicit, tales eſſe Curias Nobilium in Francia Orientali, freye Ritterlehen oder Höff / Schrad. *p. 2. c. 4. n. 6. & ſeqq.* ſubiiciens pleraq; feuda plebeia in Germania eiuſmodi eſſe, Knich. *de pact. veſtitur. p. 1. c. 5. n. 37.* Roſenth. *c. 2. q. 59.* Varias de hoc genere feudi Interpretum ſententias collegit Ritterſh. 1. F. *4. q. 26.* [ Dn. Eyben. *elect. feud. c. 3. §. 9.* Aliud feudum eſt in quod ſucceditur iure Francorum quo de feudis tanquam allodiis diſponi poteſt & fœminæ quoque admittuntur. ill. Dn. de Rhet. *1. F. 1. p. 112. n. 8. & ibi citati.*]

m) Schrad *p. 2. c. 4. n. 20.* Roſen. *c. 2. q. 67*

n) quæ extinguntur morte accipientis, non autem morte donantis. *c. 1. de feud. habitat. tit. 105. in Extraord. l. 10. §. vtrum, ff. de vſu & habitation.* [ Ludwel. *p. 88. & Tr. de diuiſ. feud. p. 122.*]

o) quæ finiuntur morte vtriuſq; tam dantis, quam accipientis, *c. 1. §. fin. quis dicatur dux. 2. F. 10.* vbi feudum Soldatæ conſiſtere dicitur in annua pecuniæ vel annonæ præſtatione gratuita: quo ſenſu a feudo Cameræ & Cauenæ differt, tanquam ſpecies a genere, Vult. 1. F. *8. n. 15.* Diſſ. Cuj. *ad. §. ſi vero gaſtaldi, circa fin.* 1. F. 1. Borch. *c. 4. num. 30.* [ add. plurib. Ludwel *p. 88.* Struu. *c. 4. th. 18. n. 4. ſeqq.*]

p) hoc eſt, feuda conceſſa pro mercede alicuius adminiſtrationis & officii temporarii, *c. 1. de feud. guard.* 1. F. 2. *& tit. 81 in Extraord.* Vt enim officia & rerum adminiſtrationes, præſertim quæ per cauſſam quaſi ſeruandæ vel procurandæ annonæ demandantur, plerumq; quotannis reſumuntur ac renouantur: ita feuda illis officiis annexa, niſi aliud inter contrahentes actum ſit, aut conſuetudine receptum, anno tranſacto auferri poſſunt, etiam pretio, ſi quod pro iſtiuſmodi feudorum conceſſione datum eſt, non reddito, *d. c. 1. de feud. guard.* 1. F. 2. *c. 1. §. fin. de pign. dato feud. quid iur. ſit,* 1. F. 11. *& in Extraord. tit. 81. & 94.* Vult. 1. F. *8. n. 34.* Cuj. *1. F. 1. §. ſi vero gaſtaldi,* Roſen. *c. 2. q. 68. n. 2.* intra annum vero, niſi ex iuſta delicti vel negligen-

tiæ cauſſa, reuocari minime queunt, *d. tit. 2. & 11.* Schrad. *p. 2. c. 4. n. 35.* Mynſ. *dec. 14. reſp. 9. n.* 11. Dixi: officii temporarii. Nam ſi feudum detur contenplatione officii perpetui ac hereditarii (quale officium in Saxonia eſſe perhibetur die Bawrmeiſterſchafft und Gograffſchafft / Landtr. *lib. 1. art. 56.* Lehenr. *art. 58.*) ipſum quoque perpetuum erit, Schrad. *d. c. 4. n. 31. & ſeq.* Roſ. *c. 2. q. 70. n. 2. & 3.*

q) Feudum Guardiæ eſt feudum mercedis, ob cuſtodiam, Gaſtaldiæ vero ob procurationem rerum dominicarum datum, Schrad. *p. 2. c. 4. n.* 21. *& ſeq.* Roſent. *c. 2. q. 68. n.* 1. [Struv. *c. 4. th.* 19. Ludwel. *p. 84.* Bitſch. 1. *F. 2.*] Cum autem conſtat aliquem fuiſſe alterius guardianum aut gaſtaldum, hoc eſt, cuſtodem, procuratorem vel adminiſtratorem, omnia feuda, quæ ab eodem Domino poſſidet, præſumuntur eſſe feuda guardiæ & gaſtaldiæ, niſi rem feudalem probet ante guardiam vel gaſtaldiam, vel ea finita ſibi conceſſam, aut aliunde oſtendat, feudum eſſe proprium, *c. 1. §. fin. de feud. guard.* 1. *F. 2.* Zaſ. *p. 12. n.* 12. Schrad. *d. c. 4. n. 46.* Diſſ. Cuiac. *ad §. ſi vero gaſtaldi*, 1. *F.* 1. *&* Roſent. *d. c. 2. n. 9. cum ſeqq. confer c. 1. §. item ſi vaſallus, ſi de inueſtit. feudi controuerſ. fuer.* 1. *F. 4. c. vnic. in fin. de content. in domin. & fidel.* 1. *F.* 10. *& in Extraordin. tit.* 81. *in fin.*

r) Veluti feudum Cancellariatus, Borch. *c. 4. n. 31.* Schrad. *p. 2. c. 4.* & Aduocatiæ, Iacob. de Franchis *in prælud. feud. c. 2. n. 213. & ſeqq.* Zaſ. *p. 12. n. 10.* [Wurmſer. *cl. 3. Sect. 16. n. 2.*] Dicitur autem feudum Aduocatiæ dupliciter: primo pro feudo, quod Dux, Comes, Epiſcopus, vel alius Dominus Aduocato litis pro patrocinio & aduocationis labore concedit, Schrad. *d. c. 4. n. 23.* Roſenth. *c. 2 q. 72. n. 1.* [Ludwel. *d. p. 84.*] Secundo pro feudo, quod Comites, Eccleſiæ vel Vniuerſitates ſuperiorem recognoſcentes protectoribus & defenſoribus ſuis, ihren Schutz und Schirm oder Vogten-Herrn/ pro tutela & protectione dare ſolent, *c. 1. §. quicunque aduocatiam*, ibique Schenck Baro, Cuiac. & Goth. *de pac. tenend. 2. F. 27. idem* Cuiac. *ad §. ſi vero gaſtaldi, 1. F. 1.* Hæc tamen poſterioris generis Aduocatiæ feuda, legitime conſtituta (conſtitui autem a Prælatis Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli & Pontificis Romani de nouo non poſſunt, niſi ad modicum tempus, *cap. 2. de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.* Adrian. Gilman. *lib. 1. rer. in Imp. Cam. iudic. deciſ. 1. num. 161.*) ſua natura & regulariter annua eſſe, non dixerim. *vide d. c. 2. de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. c. 12. extr. de pœn. & d. c. 1. §. quicunque ad vocatiam. de pac. tenend. 2. F. 27.* Henr. Bocer. *claſſ. 4. diſp. 14. n. 35.* Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 7. num. 68. f. 106.* Plura de hac vtili materia iuris protectionis, qui volet, petat ex Gail. *2. obſ. 54.* P. Frider. *Mindan.*

*dan. de mand. iudic. lib. 2. c. 16.* Bodin. *d. c. 7.* Roſenth. *c. 4. q. 16.* & Andr. Knich. *de iure territor. c. 4. n. 324. & ſeqq. & de Saxonic. non prouoc. iure verb. Ducum, c. 5. num. 495. cum ſeqq.* [Add. Struv. *c. 4. th. 20.* Mager. *de Aduocatia armata.*]

ſ) *c. vnic. de feud. non hab. propr. feud. natur. 2. F. 48. c. 1. §. feudum ea lege, ſi de feud. defunct. content. ſit, 2. F. 26. c. vnic. §. final. quid iur. ſi poſt alien. feud. vaſall. id recup. 2. F. 44.*

t) Quotiescunque enim receditur a communi feudi natura in iis, quæ mutationi obnoxia ſunt, toties feudum conſtituitur improprium: id quod multifariam contingere poteſt. Huc igitur pertinet & illa ab Interpretibus tradita diſtinctio, quod feudum aliud ſit, in quo viuitur iure Francorum, hoc eſt, in quo ex conſuetudine locali, vel pacto ſolus primogenitus ſuccedit: aliud, in quo viuitur iure Longobardorum, id eſt, cuius ſucceſſio ſecundum communes iuris feudalis regulas defertur, Roſent. *c. 2. q. 80.* Simili diſtinctione in Germania quædam feuda iuris Saxonici, quædam iuris Longobardici ſeu communis appellare poſſumus, propter ius peculiare ſimultaneæ inueſtituræ (vulgo vocant coniunctam manum, die geſampte Hand) non tantum in Saxonia, ſed & in quibusdam aliis Germaniæ locis vſitatum, de quo plene Hart. Piſt. *quæſt. iur. lib. 2. q. 20. & 21.* Ioan. Köppen. *deciſ. 47.* Matth. Coler. *deciſ. 52. 56. & 95.* Ioan. Dauth. *ad l. fin. num. 81. C. de pact.* Daniel. Moller. *ad conſtit. prouinc. Elect. Aug. p. 2. tit. 45.* Knich. *de pact. veſtitur. p. 1. c. 1.* & Nicol. Euerhard. Iun. *conſ. 44. vol. 1.* [Add. Itterus *de feud. Imp. c. 10. §. 7.*]

## VIII.

Eodem referendum feudum Proprie hereditarium *a*, cui Non hereditarium opponitur *b*. Eſt autem feudum Proprie hereditarium *c*, in quo ſucceditur iure hereditario *d*. Proprie non hereditarium, in quo ſucceditur iure non hereditario *e*. Atque hoc rurſus ex modo ſuccedendi duplex eſt *f*. Nam vel ita comparatum eſt, vt filius *g* non aliter in id ſuccedat patri ſuo, quam ſi ſimul retineat eius hereditatem ſibi delatam *h*: quo reſpectu etiam Improprie dicitur hereditarium *i*: vel ita eſt affectum, vt tam filius, quam agnatus, etiam omiſſa hereditate vaſalli proxime defuncti, ſibi alioquin delata, illud retinere poſſit *k*: quod in ſpecie appellari ſolet feudum Ex pacto & prouidentia *l*.

a) Feudum hereditarium dicitur quadrupliciter. I. Pro feudo, quod non eſt perſonale ſeu temporarium, ſed perpetuum & in ſucceſſores feudales tranſitorium, Vult. *1. F. 8. n. 29.* Hartm. Piſt. *2. q. 1. n. 31. & ſeqq.* Roſent. *c. 2. q. 35. n. 1.* Nic. Euerh. Iun. *conſ. 50. n. 13. 14. 15. vol. 2.* II. Pro feudo, quod nouum amplius non eſt, ſed paternum, & in heredes feudales tranſlatum, *tit. 78. & 83. ibique* Dionyſ. Goth. *in Extraord.* Hartman. Piſt. *d. q. 1. num. 35.* Euerh. Iun. *d. conſ. 50. n. 16.* III. Pro feudo, quod confertur & transfertur ſub qualitate hereditaria, vt paulo poſt ad lit. d. IV. Pro feudo, ad cuius ſucceſſionem filius non admittitur, niſi ſimul agnoſcat hereditatem patris ſibi delatam, vt infra ad lit. i. [Conf. Struv. *c. 4. th. 13.*]

b) Garſ. *de expenſ. c. 12. n. 83.* Ferrar. Mont. *de feud. lib. 1. c. 6. diuiſ. 5.* Couar. *2. var. reſol. 18. n. 4. & 5.* vide Hartm. Piſt. *d. q. 1. n. 9.*

c) Germanice ein Erblehen/ Andr. Gail. *2. obſ. 154. n. 1.* Knich. *de pact. veſtit. p. 1. c. 5. n. 3.*

d) Hartm. Piſt. *d. q. 1. n. 37. & 81. lib. 2.* Io. Dauth. *ad l. fin. n. 80. C. de pact.* Knich. *de pact. veſtit. p. 1. c. 5. n. 5. & 6.* Andr. Kohl. *exercit. legal. lib. 1. c. 1. n. 3.* Nic. Euerh. Iun. *d. conſ. 50. num. 17. vol. 2.* Et vel abſolute hereditarium eſt, vel quoad quid ſeu aliquatenus tantum, Hartman. Piſt. *d. q.* 1. *n. 37. & 40.* Euerh. Iun. *d. conſ. 50. num.* 18. Abſolute, inquam, hereditarium, nempe tam ipſos quod attinet ſucceſſores, quam ſuccedendi qualitatem. Succedunt enim in hoc feudum iidem heredes, qui in hereditatem bonorum allodialium, & ſuccedunt tanquam heredes, feudumque cenſetur eſſe pars quædam hereditatis, Vult. 1. F. *8. n. 30.* Gail. *2. obſ. 154. n. 9.* Hartm. Piſt. *d. q.* 1. *n. 37.* Roſ. *c. 2. q. 35. num 4.* Euerh. Iun. *d. conſ. 50. n.* 19. *vol.* 2. Talia ſunt feuda, quæ pacto, ſtatuto, conſuetudine vel priuilegio, bonis allodialibus, ſaluo iure dominico, ſunt adæquata, Gail. *d. obſ.* 154. *num. 22.* Knich. *d. c. 5. n.* 16. vt factum in Gallia, Delphinatu, Burgundia, Sabaudia, Sicilia, Dominio Montisferrati, Mantuæ, Neapoli, Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *in pr. n.* 104. Knich. *d. c. 5. n.* 18. 19. *& 20.* Menoch. *in tract. recup. poſſeſſ. remed. 9. n.* 251. Ant. Scappus *de iure non ſcripto. lib. 2. c. 26. n. 7.* Euer. Iun. *conſ.* 41. *n.* 173. *vol.* 1. *& conſ.* 31. *n. 49. vol. 2.* & in Comitatu Marchiæ Weſtphaliæ. Tale item eſt feudum, quod alicui datum eſt, zu rechtem Erblehen/ für Erben vnd Erbnemen/ Knich. *d. c.* 5. *n.* 12. *&* 14. Vdalric. Mordyſ. *inter conſ.* Modeſt. Piſt. *conſ.* 11. *n. 89. in fi. vol. 2. fol. (mihi)* 152. *confer* Hart. Piſt. *q. iur. lib.* 1. *q.* 21. *n. 9.* Vel pro ſe & heredibus quibuſcunque Gail. *d. obſ.* 154. *n. 9.* Graſ. *in §. fidecommiſſum, q. 50. n. 3.* Roſen. *d. q. 35. n. 3. & c. 7. q. 6. & q. 41. num. 23.* Carol. Tapia *ad l. fi. p.* 1. *c.* 1. *n. 40. &* 41. *ff.*

41. ff. de conſtitut. Princ. Fachin. 7. controu. iur. 6. P. Ant. de Petra de iure quæſit. per Princip. non toll. c. 23. n. 46. cum ſeqq. Camill. Gallin. lib. 9. de verb. ſig. c. 1. n. 10. 11. 12. & 14. Cacheran. deciſ. 26. n. 18. Surd. conſ. 153. n. 4. lib. 2. Vdal. Mordyſ. d. conſ. 11. n. 87. f. 151. Euer. Iu. d. conſ. 50. n. 19. vol. 2. Diſſ. Zaſ. p. 8. n. 62. Ant. Teſſaur. dec. 99. n. 22. & 27. & deciſ. 227. num. 9. Bernh. Walther. 2. miſcel. 42. Iacob. Henrichman. conſ. 1. n. 479. & 647. vol. 1. Euerh. Iun. ſibi contrarius, conſ. 10. n. 56. vol. 2. Alex. Raudenſ. conſ. 18. num. 102. & ſeq. vol. 1. Aliter Anton. Gabriel. lib. 6. commun. concl. tit. de verb. ſig. concl. 4. num. 4. & M. Ant. Peregrin. in tr. de fideicommiſ. artic. 32. n. 56. [Struv. d. c. 4. th. 13. n. 4.] Vel, pro ſucceſſoribus feudalibus, & iis deficientibus pro heredibus. Simon. Piſt. vol. 1. Modeſt. conſ. 10. n. 13. 14. 15. Non item, ſi pro ſe, & quibus dederit, Zaſ. p. 12. n. 25. Sonsb. p. 5. n. 8. Roſenth. c. 9. q. 41. per c. vn. de feud. non habent. propr. feud. natur. 2. F. 48. confer c. 1. §. pen. ſi de feud. defunct. cont. ſit. 2. F. 26. Diſſ. P. Ant Petra d. c. 23. n. 63. & 64. Roland. a Valle conſ. 1. num. 46. vol. 3. Alex. Raudenſ. conſ. 26. n. 24. & ſeqq. vol. 1. Peregrin. conſ. 9. n. 5. lib. 1. Vel cauſſam a ſe habentibus, arg. l. 3. & l. 11. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. vide Alexand. Raudenſ. conſ. 18. n. 206. & ſeq. vol. 1. Diſſ. Schrad. p. 7. c. 3. n. 6. Raudenſ. ſibi contrarius conſ. 26. n. 80. circ. fin. vol. 1. aut pro ſe & heredibus in perpetuum, Andr. Knich. de pact. veſtitur. p. 1. c. 3. n. 235. & ſeqq. Facult. Iurid. Ingolſtad. inter conſ. Modeſt. Piſt. conſ. 11. n. 36. vol. 2. pag. (mihi) 107. Diſſ. Intrig. cent. feud. 1. q. 48. n. 56. & ſeqq. Vdalric. Mordyſ. inter conſ. Modeſt. Piſt. conſ. 11. n. 88. vol. 2. p. 152. Nic. Euerh. Iun. conſ. 50. n. 60. vol. 2. nec propter conceſſam alienandi aut de eo diſponendi liberam poteſtatem, Garz. de fœmin. ad feud. recip. n. 133. Roſenth. c. 9. q. 40. n. 6. 10. & 18. Diſſ. Schrad. d. p. 7. c. 3. n. 4. & 5. Grammat. dec. 103. n. 127. Rol. a Valle conſ. 3. n. 62. & ſeq. vol. 1. Cravet. conſ. 256. n. 8. conſ. 501. n. 6. & conſ. 606. n. 1. In Electoratu & Marchia Brandenburgenſi feuda abſolute hereditaria nulla reperiri ſcribit Frider. Pruckm. conſ. 4. n. 3. verſ. cuiusmodi genus. Feudum autem quoad quid ſeu aliquatenus tantum proprie hereditarium (vulgo mixtum) eſt, quod hereditarium eſt quoad ſolam ſuccedendi qualitatem, hoc eſt, in quo ſuccedunt quidem heredes ſanguinis non alii qualeſcunque heredes hereditatis; ſed ſuccedunt vt heredes, & feudum accipiunt tanquam hereditatis aliquam pertionem, ac proinde cum qualitate hereditaria, Knich. de pact. veſtitur. p. 1. c. 5. num. 5. 6. 80. 81. & 82. & c. 2. num. 15. And. Kohl. exercit. 1. n. 26. confer Hartm. Piſt. quæſt. iur. lib. 2. p. 1. q. 1. n. 47. 48. 57. 58. & 72. & Nic. Euer. Iun. conſ. 50. n. 33. 34. & 36. vol. 2. Quorſum ab And. Knich. d. c. 5. n. 3. & 4. refertur

fertur feudum quod in inueſtituris ſimpliciter dicitur hereditarium, nempe conceſſum zum Erblehen / oder zu rechtem Erblehen. Diſſ. Roſ. *c. 12. q. 14. n. 2. & ſeqq.* Ex quo ſequitur fœminas expreſſe non vocatas ad iſtiuſmodi feudi ſucceſsionem non admitti: expreſſe autem vocatas admitti tum demum, ſi maſculi a primo acquirente deſcendentes nulli extent, Knich. *d. c. 5. n. 11. & 12.* Roſen. *c. 2. q. 7. num. 2. 3. 5.* Andr. Gilman. *ſupplic. & vot. Cameral. tom. 2. p. 1. vol. 21. n. 59. & ſeq. & lib. 2. rerum in Cam. Imp. iud. deciſ. 43. n. 46. cum ſeqq.* Io. Fich. *conſ. 6. n. 8. conſ. 19. num. 5. vol. 1. conſ. 10. num. 4. in fin. verſ.* So viel dann ferrner. *& n. ſeq. & conſ. 18. n. 7. & 8. vol. 2.* Nic. Euer. Iun. *conſ. 20. n. 18. & ſeqq. vol. 2.* Diſſ. Roſ. priorem opinionem retractans, *d. c. 12. q. 14. num. 2. & 7.* confer Imperialis Cameræ præiudicium, quod reperitur apud eundem Roſen. *c. 7. q. 44. n. 15.* [Struu. *d. th. 13. n. 3.* Carpz. *p. 2. c. 47. d. 1. n. 21.*] Niſi vtroque caſu aliud ferat obſeruatio conceſſionem feudi ſecuta, aut ipſa loci vel familiæ conſuetudo: vti ſane conſuetudo aliud fert in quibuſdam Germaniæ locis, præſertim in feudis plebeiorum: id quod in ipſis curiis, inque foro & praxi diſcendum eſt, vide Roſ. *d. c. 12. q. 14. an. 2. vſque ad n. 10.* Fich. *conſ. 9. n. 2. verſ.* erſtlich / *& n. ſeqq. & d. conſ. 18.* vbi de feudis Hersfeldenſibus, *n. 7. & 8. vol. 2.* Multi exiſtimant, quoties aliquis feudum accipit ſibi & heredibus ſuis, für ſich und ſeine Erben / atque ita in inueſtituta heredum fit mentio, toties illud hereditaria qualitate intingi, & quoad quid proprie hereditarium eſſe, Dauth. *ad l. fin. n. 80. C. de pact.* Pinel. *in l. 1. p. 3. n. 85. C. de bon. matern.* Valaſc. *de iure emph. q. 43. n. 1.* And. Kohl. *d. exercit. 1. n. 26. & 27.* Vinc. de Franchis *deciſ. 1. n. 22. & 23.* Euer. Iun. *conſ. 10. n. 55. & 60. & conſ. 50. n. 30. cum multis ſeq. vol. 2.* Quam ſententiam ſolidiſsime refutant Vult. *1. F. 8. n. 25.* Fachin. *lib. 7. controu. iuris. c. 3.* Roſenth. *c. 2. q. 33. n. 9. cum ſeqq.* Surd. *conſ. 63. a n. 10. usque ad n. 24. & conſ. 108. n. 11. & ſeqq. lib. 1.* & contrarium de iure verius eſſe fatetur ac pulchre oſtendit Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt. iur. p. 1. a n. 99. vſque ad fin.* idemque, vt moribus Germaniæ conſentaneum, & in Imperiali Camera approbatum, in praxi obſeruari oportere, teſtantur Andr. Gail. *2. obſ. 154. num. 20.* & Roſenth. *d. c. 2. q. 33. num. 37. cum ſeqq.* Multo igitur minus audiendi ſunt, qui in dubio feudum quoad quid proprie hereditarium ſeu mixtum eſſe, præſumi debere tradunt, contra quos diſputant Vult. *1. F. 8. n. 33.* & Hartm. Piſt. *d. q. 1. num. 75. & ſeqq.* Sane in Electoratu & Marchia Brandenburgenſi feuda regulariter omnia qualitatem hereditariam annexam habent, & aliquatenus proprie hereditaria ſunt, vt perhibet Ioan. Dauth. *in l. fin. num. 80. C. de pact. vide* Ioan. Koppen. *deciſ. 39. num. 28.* & Frider.

Pruckm. *conſ. 2. num. 403. & conſ. 4. num. 42. in fin. num. 43. verſ. iam vero, & num. 55.*

e) Sed regulariter ſanguinis iure, Vult. *1. F. 8. n. 26.*

f) Roſenth. *c. 2. q. 33. & c. 7. q. 21. paſſim per tot.* Diſſ. Fachin. *lib. 7.*
*controu. iur. c. 3. & 5.* qui tollit omnem differentiam inter feudum improprie
hereditarium, & feudum ex pacto & prouidentia in ſpecie ita dictum.

g) Aliud eſt in agnatis. *c. vn. an agna. vel fil. poſſ. retin. feud. 2. F. 45.*
*c. 1. §. filius, de capit. qui cur. vend. 2. F. 51.* Roſenth. *c. 7. q. 21.* Diſſ. Hartm.
Piſt. *lib. 2. quæſt. iur. p. 1. n. 65. & 70. q. 2. num. 15. & 17. & q. 14. num. 4. & 40.*
Couar. *2. var. reſol. 18. n. 4.* Valaſc. *de iure emph. q. 43. n. 1.* Et licet qui-
dam exiſtiment agnatos primi acquiſitoris heredes eſſe teneri, mediate vel
immediate, Clar. *in §. feudum, q. 9. n. 5. & q. 76. n. 3. in fin.* Gail. *2. obſ. 154.*
*n. 19.* Cach. *deciſ. 161. n. 17. in fin.* Crav. *conſ. 256. n. 8. conſ. 501. n. 6. conſ. 524.*
*n. 5. & conſ. 679. n. 2.* Menoch. *conſ. 906. n. 16. lib. 10.* Surd. *conſ. 5. n. 19. conſ.*
*108. n. 11. & 12. lib. 1. & conſ. 382. n. 30. lib. 3.* Peregr. *conſ. 19. n. 1. lib. 1.* Nos ta-
men ne hoc quidem præciſe neceſſarium eſſe putamus, ſed ſufficere, ſi a-
gnati primi acquirentis heredes ſint reſpectu ſanguinis & feudi, Roſen. *d. c.*
*7. q. 21. n. 7.* Knich. *de pact. veſtitur. c. 5. an. 93. vſque ad n. 106.* Alex. Rau-
denſ. *conſ. 34. n. 62. & 63. lib. 1. per d. c. un. an agnat. vel fil. & c. 1. §. filius, de*
*Capitan. qui curiam vendid. iunct. l. 8. ff. de publ. in rem act.*

h) cum effectu ſcilicet, *arg. d. c. vn. an. agnat. vel fil. 2. F. 45. & c. 1.*
*§. filius. de capitan. qui curiam vend. 2. F. 51.* Roſenth. *c. 7. q. 22.* Menoch. *conſ.*
*977. num. 19. lib. 10.* Peregrin. *conſ. 11. n. 4. verſ. ſecundo principaliter, & conſ.*
*18. n. 13. lib. 1.* Diſſ. non pauci relati ab Hartm. Piſt. *quæſt. iur. lib. 2. p. 1. q. 1.*
*n. 67.* Roſen. *d. c. 7. q. 20. n. 9.* & Peregrin. *conſ. 7. num. 7. lib. 1.* Habetur au-
tem hereditas pro delata, a qua filius propria culpa per legitimam exhere-
dationem excluditur: ac proinde in conſequentiam excluditur etiam a feudo,
Aluar. Valaſc. *de iure emph. q. 45.* Cui. *4. F. 54.* Schrad. *p. 7. c. 2. n. 35. &*
*ſeqq.* Roſen. *c. 7. q. 10. n. 8.* Diſſ. Sonsb. *p. 9. n. 61. & 166.* Schneid. *p. 6. tit. de*
*ſucceſſ. deſcend. maſcul. n. 27. & ſeqq.*

i) Gail. *2. obſ. 154. n. 19.* Roſen. *c. 2. q. 33. n. 5. & 46. & c 7. q. 21. n. 7.* Huius
generis eſt feudum alicui conceſſum pro ſe & heredibus, Roſen. *d. c. 2. q. 33. n.*
*5. 37. 39. & 40.* vbi teſtatum facit, hanc ſententiam & veriorem & in Germa-
nia vſu receptam eſſe, *& c. 7. q. 21. n. 2.* Schneid. *p. 6. tit. de ſucceſſ. deſcend.*
*maſcul. nu. 47. & 48.* Clarus *in §. feudum, q. 76. n. 3.* Gail. *d. obſ. 154. n. 8. 10. &*
*18.* Cacher. *deciſ. 23. n. 33.* Modeſt. Piſt. *conſ. 45. n. 18. vol. 2.* Alex. Raudenſ.
*conſ. 34. n. 62. & 63. vol. 1.* Diſſ. quam plurimi, quos vide apud Roſen. *d. c. 2. q.*
*33. & c. 7. q. 20.* & P. Ant. de Petra. *de iure quæſit. per Princip. non toll. c. 23. n.*

*34 & ſeqq.* Vel datum ſimpliciter, nulla heredum aut liberorum facta mentione, quod vulgo appellant feudum informe, Gail *d. obſ. 154. n. 8.* Vult. *1. F. 8. n. 32.* Roſen. *d. c. 2. q. 50. & c. 7. q. 21. n. 1.* Euer. Iun. *conſ. 10. n. 55. vol. 2.* Diſſ. Hart. Piſt. *q. 3. n. 26. lib. 2.* Rittersh. *1. F. 4. q. 24.* vide quos in vtramq; partem copioſe allegat P. Anton. a Petra, *de iure quæſit. per Princip. non toll. c. 23. a n. 14. vſque ad n. 27.*

k) Vt cum feudum alicui conceditur pro ſe & liberis ſeu filiis. Quod enim filius patri in feudum ſucceſſurus, eiusdem hereditatem ſimul retinere tenetur, id quidem pertinet ad naturam feudi, non tamen ad eius ſubſtantiam. Pacto igitur & conuentione contrahentium recedi poteſt a iure illo, & effici, vt filio, etiam non heredi, liceat conſequi bona feudalia. Quod autem talis conuentio cenſeatur interponi, quando feudum expreſſe pro liberis datur, ex iure communi (a quo omnia ſtatuta omnesque conſuetudines, quantumuis ſtrictæ, interpretationem, quam vocant paſſiuam, recipiunt, Schrad. *p. 1. q. 3. n. 2.* Roſent. *c. 1. q. 15. n. 32. & ſeqq.*) manifeſtum eſt: in primis vero ex *l. cum patronus, 22. §. cum libertus, ff. de oper. libert.* Habet officialium operarum obligatio hac in parte eandem fere cum feudis naturam. Non tranſit in heredes extraneos; ſed regulariter in ſolos liberos, *l. 4. l. 6. l. 22. §. cum libertus, l. 29. ff. de oper. libert. l. 55. ff. ad SCtum Treb. l. 10. C. de oper. lib.* Cuiac. *17. obſ. 14.* Nec tamen liberi in ius operarum exigendarum ſuccedunt vt heredes, nec pro portionibus hereditariis; ſed citra qualitatem hereditariam iure ſanguinis, *d. l. 4. & l. 7. §. ſi liberti. ff. de oper. lib.* M. Ant. Peregr. *in tract. de fideicommiſ. artic. 6. n. 35. 36. 37.* Cum vero parens operas nominatim ſtipulatur ſibi & liberis ſuis, id agi intelligitur, vt liberos eſſe ſufficiat, qui ius operarum conſequi voluerint, etiamſi heredes non extiterint, *d. l. cum patronus, 22. §. cum libertus, ff. de oper. liber.* Quin etiam Interpretes prodiderunt generalem regulam, ſi pater rem non tranſitoriam in heredes extraneos ſtipulatus fuerit ſibi & liberis ſeu filiis ſuis; eum liberis, vt liberis, hoc eſt, etiamſi heredes non extiterint, ſtipulatum cenſeri, P. Ant. de Petra *de iure quæſit. per princip. non toll. c. 23. n. 28.* Roſent. *c. 2. q. 33. n. 55.* allegans inter alios Iaſonem, qui eam communem dicit, *in l. Gallus, §. quidam recte, num. 42. ff. de liber. & poſtum.* Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 10. an agnat. vel fil.* Alex. *conſ. 129. n. 1. & 3. vol. 5.* Dec. *conſ. 78. n. 5.* & Ruin. *conſ. 17. n. 2. & conſ. 17. n. 2. & conſ. 48. n. 4. vol. 1.* Cum igitur ſub eodem illo rerum genere contineantur quoque feuda, & non diſſimilis eorum ſit ratio, & de eo feudo, quod expreſſim ſeu diſertis verbis (Non enim ſufficit, quod tum hic, tum in materia operarum, acquiſitio etiam tacite pro liberis fieri intelligitur. Illa enim ſubauditio non pertinet, vt alicubi loquitur Baldus, ad qualitatem ſucceſsionis; ſed ad qualitatem ſucceſſoris,

hoc eſt, non pertinet ad quæſtionem noſtram, quæ eſt, quomodo in feudo ſuccedatur; ſed ad quæſtionem, quinam in feudo ſuccedant. Has autem quæſtiones inter ſe diſtinctas eſſe, cuiuis notum eſt, & apparet dilucide *ex d.l.22.§.cum libertus, ff.de oper.lib.iunct.l.10.C.eod.& l.55. in princ. ff. ad SCtum Treb.*) de eo, inquam, feudo, quod expresſim pro liberis datum acceptumq́; eſt, nullibi contrarium ſtatutum reperiatur, conſequens eſt, feudum ita ab utroq; contrahentium conſtitutum ex peculiari illo pacto & prouiſione ab onere ſuſcipiendæ ſimul hereditatis liberum videri debere, ſicut & in ſpecie hoc docent Vdal. Zaſ. *ad l. quodcunq́s, 45.§.ſi quis ita, n.7.* & Coraſ. *ibidem n.5.ff.de verb. obl. idem* Zaſ. *de feud.p.8.n.6.* Frid Schenck Baro a Tautenberg. *in c.vnit.an agnat. vel fil.n.5.* Melchior.Kling. *in §. actionum, n.2.Inſt. de act.* Ludolph. Schrad. *de feud.p.7.c.5.n.74.& p.8.c.8.n.12.* Schneid. *p.6. Rubr. de ſucceſ. nepot. n.48.* Io. Borch. *c.7.n.94.* Roſent. *c.2.q.33.n.50.cum ſeqq.& c.7.q.21.n.3.& ſeqq.* Clar. *in §. feudum, q.9.n.3.& q.76.n.3.* P.Ant.de Petra *de iure quæſit.per Princ.non toll.c.23. n.112.& ſeq.* Cach. *deciſ.162.n 9.* Io.Köppen. *deciſ.39.n.19.verſ.tertio ſupra dicta, iunct.n.ſeqq.& deciſ.54.n.27.* Coler. *deciſ.78.n.4.& deciſ.79.n.6.* And.Gail. *2.obſ.254.n.1.* Mynſ. *3.obſ.67.& cent.4.obſ.2.n.2.& Reſp.5. n.12.dec.1.cent.1.* M. Ant. Peregr. *conſ.8.n.25.& conſ.9.n.7.lib.1.* Elbert. Leonin. *conſ.88.n.9.* Simon. Piſt. *poſt vol.1.* Modeſtini. *conſ.17.n.7.* Modeſt. Piſt. *conſ.45.n.18.& 19.& conſ. 50.n.25.vol.2.* eamque ſententiam ſupremum Imperii Tribunal aliquoties ſecutum fuiſſe, teſtes ſunt Roſent. *d.c.2.q.33.n 38.& 63.& c.7.q.21.n.5.* ac Mynſ. *d.obſ.67.cent.3.* Diſſ. Hartm. Piſt. *lib.2.quæſt.iur.p.1.q.1.n.71.q.2.n.10.& 38.& q.13.n.50.ac ſeq.* Couar. *2.var.reſol.18.n.4* Maſc. *de probat.vol.2.concluſ. 767.n.7.* Aluar.Valaſc. *de iure emph.q.44 n.4.* Similiter feuda ex pacto & prouidentia putantur conſtitui ſequentibus in Germania vſitatisſimis formulis: Für ſich und ſeine männliche Leibes Lehens-Erben: Item, ſeinen rechten Leibes Lehens-Erben: Deſſelben rechten Mannſtam̃es Schild und Helms Lehens-Erben: Item, allein ihren männlichen Leibes Lehens-Erben/des Namens/Helms/Schilds und Geſchlechts/rc. Für ſich und ſeine Mannlehenbare Erben. Zaſ. *de feud.p.8.n.16.in fin.* Weſ. *c.6.n.9.* Schrad. *p.2.c.3.n.27.* Knich. *de pact. veſtitur.p.1.c.2.n.26.& ſeq.* Adrian.Gilm. *in Simph.ſupplic.& vot. Cameral. tom.4.p.1.vot.9.n.59.* Io.Köppen. *deciſ.39.n.24.& 25.& deciſ.54. n.31.* Gail. *2.obſ.154.n.18.* Franciſc.Pfeil. *conſ.78.n.71.72.74.& ſeqq.vol.1.* Modeſt. Piſt. *conſ.45.n.19.& conſ.50.n.26.& 47.vol.2.* Diſſ. latisſime Hartm Piſt *d.q.3. lib.2.* cui adſtipulari videtur Roſenth. *c.2.q.45.n.3.* vide tamen eundem *d.c.q.48.* Eiusdem quoq; claſsis volunt eſſe feudum, quod alicui datum eſt pro ſe & heredibus maſculis, ſeu heredibus legitimis, Jhme und ſeinen ehelich gebohrnen männl. Leibes-Erben, Schrad. *d.p.2.c.3.n.23.& 24.* Roſent. *d.q.48.n.6.& ſeqq.&*

*q. 44. in gloſ. ad lit. b.* Laur. Kirchov. *cent. 2. comm. opin. verb. feudum, concl. 20.* Knich. *d. c. 2. n. 26. & 140.* Wittebergenſ. in conſultat. ſuis *p. 1. q. 20. n. 1.* Mynſ. *4. obſ. 2. n. 2.* Bertaz. *conſ. civ. 89. n. 20. & conſ. 90. n. 7. lib. 1.* Peregr. *conſ. 11. n. 1. 2. 3. 4. & conſ. 27. n. 4. lib.* 1. Alex. Raudenſ. *conſ. 18. n. 150. vol. 1.* Quod, vt maxime conueniat moribus & conſuetudini Germaniæ, vti de ea conſuetudine teſtimonium ferunt Knich. & Roſent. *in modo allegatis locis;* rationibus tamen iuris feudalis minus videtur eſſe conſentaneum, Hartm. Piſt. *d. q. 3. n. 17. & ſeqq.* Clar. *in §. feudum, q. 9. n. 9. in fin.* Couar. *2. var. reſol. 18. n. 3.* Fach. *7. contr. iur. 7.* Aluar. Valaſc. *de iur. emph. q. 44. n. 13. 15. & 18.* Pruck. *conſ. 4. n. 19. & 20.* Burſat. *conſ. 291. n. 76. & 77. lib. 3.* Nec affirmauerim ex iure communi, vbicunq; cum voce, *Heredibus*, coniuncta eſt vox, *liberis, filiis aut ſimilis*, feudum intelligi ex pacto & prouidentia, ſed id potius dixerim hereditariũ, Hart. Piſt. *d. q. 3. n. 17. & ſeqq.* Vult. 1. *F. 8. n. 31.* Valaſc. *d. q. 44. n 18.* Schrad. *d. p. 2. c. 3. n. 25.* Diſſ. Afflict. *in c.* 1. *n.* 11. *an agnat. vel. fil.* Roſent. *d. c. 2. q. 48. n. 6. & ſeqq.* vbi addit, hanc ſententiam in primis in Germania obſeruandam eſſe. [Imo ſi dicendum, quod res eſt, puto, nullam heredum expreſſionẽ efficere feudum ex pacto & prouidentia, niſi ſimul pro heredibus iam viuentibus concedatur. Sic enim reſpectu horum erit feudum ex pacto & prouidentia: reſpectu cæterorum heredum poſtea natorum non, ſed illi allodium cum feudo ſimul acceptare vel repudiare tenentur. per text. expr. 2. *F. 45.* Ratione agnatorũ vero, omne feudum eſt ex pacto & prouidentia.] Maxima vero inter Interpretes eſt altercatio, vtrum feudum in dubio præſumatur ex pacto & prouidentia, an vero improprie hereditarium? Poſterius de iure communi verius eſt, Io. Garſ. *in tr. de expenſ. c. 12. n. 84.* Valaſc. *de iure emph. q. 43. n. 3. verſ. in dubio autem*, Gail. *2. obſ. 154. n. 8. & 9.* Camil. Gallin. *lib. 5. de verb. ſign. c. 18. n. 293.* Roſent. *de feud. c. 2. q. 50.* vbi ſimul inuenies catalogum diſſentientium, Surd. *conſ. 105. n. 8. lib. 1.* Pruck. *conſ. 2. n. 404. & conſ. 4. n. 21. & ſeq.* [Vide Autores pro & contra apud Itterum *de feud. Imp. c. 3. §. 20.*] Sed quia Principum Germaniæ feuda pleraque omnia, a quibus maxima ex parte cætera dependent, ex pacto ſunt & prouidentia, And. Knich. *de pact. veſtit. c. 2. n. 23.* Franc. Pfeil. *d. conſ. 78. n. 71. cum ſeq.* [conferatur tamen Itterus *d. l. §. 19.* vbi ex parte diſſentit.] & fere in omnibus Germaniæ curiis communiter pacti & prouidentiæ feuda dari ſolent, Andr. Knich. *d. c. 2. n. 121.* Io. Kœp. *d. dec. 39. n. 25.* Zaſ. *de feud. p. 8. n. 16.* (Diſſ. Hart. Piſt. *d. q. 3. n. 59. & ſeq.* Pruck. *d. conſ. 4. n. 23.* Schrad. *inter conſ. diuerſ. conſ. 20. n. 11. & 13. vol. 3.*) ideo, ſi de alia particulari curiæ conſuetudine non appareat, feuda in Germania in dubio ex pacto & prouidentia eſſe præſumuntur, Mynſ. dicens ita in Imperiali Camera aliquando deciſum fuiſſe, *cent. 4. obſ. 2. n. 5.* Knich. *d. c. 2. n. 20. cum ſeqq.* Kœppen. *d. deciſ. 39. n. 23. 24. 25. & deciſ. 54. n. 31. verſ. & cum fere.* VVeſ. *conſ. 82. n. 8.* Incertus Auctor *inter conſ. diuerſ. Francof. nouiſ. ed. conſ. 13. n. 8. & 11. vol. 1.* Erneſt. Coth. *conſ. 2. n. 60. & ſeqq. & n. 299.* Diſſentire videtur Roſ. *c. 2. q. 33. n. 40.* [it. Dn. Eyben. *in Elect. feud. c. 7. §. 4.* add. Itterus *d. l. §. 20.*]

l) Roſent. *c. 2. q. 34. n. 2. & q. 36. n. 3.* Zaſ. *p. 8. n. 6.* Schneid. *p. 6. Rubr. de ſucceſſ. nepot. n. 48.* Gail. *obſ. 154. n. 1. & ſeqq. lib. 2.* confer. Hartm. Piſt. *quæſt. iur. lib. 2. p. 1. quæſt. 1. num. 10.* Euerhard. Iun. *conſ. 50. n. 7. vol. 2.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0070-9

Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

f

ULB Halle 3
002 275 21X

Sb.

WD.M

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0071-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0072-0

F. Q. S.

# DI ANTONII, IC.
O FEYDALIS I

De

# EVDALI,
DEFINITIONE
ISIONIBVS.

Quam

*is ex Iure Publico,*

er-Illuſtris Dn. de RHEZ

A FRIDERICIANA,

ÆSIDE

LESTRYKIO

ſore Publ. Ordinario,

*. O. R. MDCXCIIX*

tioni publicæ ſubmittit

DERICVS HAGEN,

nz. March.

*AGDEBVRGICAE,*

NDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527494-p0073-6